








Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-644168-p0003-5

DFG







Row Wd 588.2

**PROGRAMMA  
ACADEMIÆ JENENSIS.**

ACADEMIE JENENSIS  
PROGRAMMA

PRORECTOR ACADEMIAE IENENSIS

# MICHAEL FOERTSCHIVS

S. THEOLOGIAE DOCTOR, PROFESSOR PRI-  
MARIVS ET FACVLTATIS SVAE SENIOR

VNA CVM PROFESSORIBVS RELIQVIS

S. D. C.

**V**T virtutis, maxime diuinioris siue eius , quae supra hominem videtur esse, manifestior magnitudo fiat , ei- que merces aliqua stet laborum & periculorum , par & decorum existimatum est , & Gentem communiter cele- brare vniuersam , & in vno aliquo argumento sigillatim occupari. In vtroque vero officio versari , vt, ex naturali quadam erga virtutem obligatione , omnes mortales : ita maxime decet sapientiae studia professos. Vtpote qui maiore ea in re intelligentia sunt , & ad laudes illistrandas promtiore facultate. Quod adeo confessum , vt sapientium etiam confirmatum autoritate sit. Quippe quos , post diuinas laudes, Heroum , qui beneficiis in genus humanum Deo si- millimi , virtutes & merita decantare, praecipuum musarum officium censuisse , nemo potest ignorare. Magis vero cui hoc vtrumque conueniat, quam Academiae , & in quos magis, quam in' Deos illos , quibus otia honestissima sua non potest non accepta ferre? Vtrum au- tem tutius , magis a temeritate alienum , non commodiore for- san quam illo potest declarari schemate, quod contemplatio ipsorum siderum videbatur suggestere : praeferunt cum ea ratione profesio vtriusque pietatis in ipsis illis versetur , quae non nisi coeli deposita sunt , & , non secus ac sidera , mundi partibus se inferunt , inque o- mnes mortales vim suam partiuntur. Non vnius sunt distantiae sиде- ra, aliorum propior, aliorum tanta, vt neque ingens moles eorum , quà, ex quorundam sententia , minimum etiam terram nostram ma- gnitudine sua nouies excedere creditur ; neque instrumentum yl- lum, licet maxime remota etiam augere & proprius aspicienda at- trahe-

trahere idoneum, humano oculo succurrere posse, eiusque ex inter-  
uallo defectum supplere. Neque idem est siderum numerus. Illa  
enim, quae in regione extrema coeli innumerabilia conspicuntur,  
quamuis infinita non sint, tamen frustra ausi quidam sunt, numero  
comprehendere: paucioribus interim in spatiis volventibus, nobis, qui  
terram habitamus, propioribus. Quorum iam olim numerus, nudo  
& inermi oculo veterum, & armato etiam superioris seculi ma-  
gis definitus est. Occupantur Astronomorum filii in utrisque con-  
templandis; at accuratius & SENSU MAIORE in paucioribus & propi-  
oribus; MINORE SENSU in longe disstis, pluribus & remotioribus:  
Condidit enim Deus oculum nostrum, ut ea maxime assequeretur,  
quae circum nos, & cuiusuis obvia electioni & appetitui. Itaque  
fit, ut oculus noster multis modis erret, & quae non distant debita &  
proportionata illi legi distantia, iuxta quam immutabilis conditor e-  
ius terminauit cognitionem, res multo aliter nobis videantur, atque  
reuera sunt. Nimis cum distantissimis ordinibus posita, vna simul  
in superficie esse apparent, aut alias confuse velut minora, contra-  
etiora conspicuntur. Id quod in infinita distantia siderum hoc ma-  
gis aduertere est, quia idem etiam in terris toties evenit, si quaedam  
magno interuallo a nobis sint disiecta. Nonne enim duo corpora pro-  
cul in eadem serie posita, nulla re interueniente, se contingere viden-  
tur, cum utrumque imagines in oculi fundo proxime se contingunt?  
Adeo visioni difficultatem parit distantia: quoque maiorem hanc ex-  
perimus, eo maiorem etiam illam sentimus. Eadem habere etiam  
fata posset, qui praesumeret totam Gentem, &, praeter ceteras, SAXONICAM  
Gloriosissimam in argumentum sibi accersere. Nam & il-  
li obstatre vetustas, & remotissima secula tot Heroum feracia pos-  
sent, quominus Dis omnibus digna concipi oratio queat. Cum enim  
huiusmodi necesse habeat ab infinita serie ascendere ad antiquissimos  
Witekindos & ultra ad Sighardos, Dietericos, Wernikindos Principes,  
facile in tanta distantia materiam laudis arripere non integrum posset.  
Quamuis enim Heroes illi omnia dicta & facta sine dubio composuerint  
ad aeternitatem, tamen fieri potuisse in proclivi est, ut tanto in-  
teruallo quaedam non ea cum cura diligentiaque notata & transmissa  
sint, quam intererat posteriorum, quaedam vero cum ipsis marmo-  
ri-

ribus conciderint. Enim uero astrorum sedulis contemplatoribus non  
impedimento solum distantia stellarum, sed & innumerabilis multi-  
tudo esse potest. Etsi enim humana solertia in tantum sibi consuluit,  
in quantum palantia ante sidera in vastissimo coeli campo certis  
imaginibus circumscriptis, tamen tot ipsae illae imagines ex se, tum  
vero ipsi etiam acerui & cumuli stellarum, vnamquamque imaginum  
illarum absoluentes, & animum & oculum, cum neuter habeat sta-  
tim, vbi se figat, non possunt non distrahere, schemaque eius, qui mul-  
ta sibi simul proponit, in ea etiam re prorsus continuare. Etenim  
euidens est, hunc talem ita se immergere rebus, vt nesciat, in quo  
incipere, aut vbi definere debeat, opprimente simul earum magnitu-  
dine, ac argumenti difficultatem ipsa augente copia & amplitudine.  
Et certe quidem hoc illi imprimis accideret, qui merita & decus  
innumerabilium Heroum vniuersae DOMVS SAXONICA E verbis aut  
illustrare aut saltim enumerare auderet. Facilius namque ille initium,  
quam exitum reperiret. Tot enim se ipsi ingerant necesse fuerit ge-  
fita, tot rerum infinita momenta, vt statim profitendum ipsi sit, paria  
esse, omnia haec consecutari velle & nihil. Quoniam aliter esse non  
potest, quam vt impar efficiatur ad singula, vbi anticipi mente di-  
uisus fuerit quis ad omnia. Itaque tutius illi, & minore cum pericu-  
lo aggredi rem videntur, quibus, quorum ad vnum aliquod & propi-  
us fidus acies oculorum conuertitur, quasi è regione respondent, quo-  
rumque, cum ne ullam ingentium animarum satis aestimare ex digni-  
tate se posse sciant, animus in uno & propiore aeuio sui argumento de-  
figitur. Ambo enim ad pauciora se conferunt & propiora, nec er-  
rori adeo expositi sunt, velut in multis si versarentur & remotis, vt  
pote in quibus procluor certe lapsus potest contingere. Neque  
aliud in animo habuimus, pietatis nostrae daturi & deuotionis ar-  
gumentum subiectissimum in manes gloriofissimos HEROIS fortis-  
simi, Serenissimi Principis ac Domini, Domini IOANNIS WIL-  
HELMI, SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM, ANGA-  
RIA E ITEM ET WESTPHALIAE DVCIS & reliqua, DOMINI quon-  
dam clementissimi nostri: rati MAIORE SENSY minusque impedito  
oculo assequi nos posse, quae vnum grande & proprius temporis  
bus nostris nomen, & quasi in conspectu orbis viuentis pro salute  
fe.



fecerit Imperii, pro ciuium vita, proque vniuersa republica. Suscepit has in se partes **VIR CLARISSIMVS IOANNES GEORGIVS MULLERVS** Poëeos, Linguae Graecae & Litteraturae eiusdem Professor, Collega noster amicissimus, ad diem **XXVIL AVGUSTI**, tanti HEROIS exitu insignis, post tot corporis simulacra, fictasque & pietas imagines **PRINCIPIS**, in publica panegyri excellentissimae virtutis exhibitorus effigiem. Vestrum erit, Ciues, magnum hoc exemplar nobiscum venerari, & in eo simul deuotissime cognoscere, quantum lucis, quantum decoris & gloriae, inclytissimae SAXONVM GENTI vel vno hoc HEROE acceserit, & quam in tanta ille expectatione orbis vniuersi nulla re spem & vota destituerit, quam quod fato, licet gloriofissimo, nimis cito praesidium suum terris subduxerit. P. P.

IENAE SVB SIGILLO ACADEMIAE D. XXIV. AVGUSTI. CIO 15CCX.



O D AE

O D AE

# O D E I.

*recitationis panegyricae*

*præmissa.*



Vac me replebit vis pia? quae noua?  
Me mens aget? queis coetibus audiar,  
Quae nos supra est, Virtutis alta  
Ore vehens? Tua, Diua, sedes

Æther, & astrorum sata semine,  
Heroas aspergis Ioue maximō,  
Nomen ferens nil vile secum,  
Non nisi conscia grandis aufi,

Vt castra fundant vndique turbines  
Circum, & feratur gens ope plurimā  
Contra, & minetur certiorem  
Impete vis subitō ruinam,

Jam destinatis non remorabere.

Inculta fati, non stabiles vices  
Casusque frustra territabunt  
Ancipites, dubiaeque rerum.

Trux ventilet tot Tisiphone faces  
Anguesque, centena & quatiat mala,  
Quæcunque subsident, & omnem  
Hanc rabiem super erigeris.

Per Te Cyclopum Semideus jugis  
Annititur, torrentibus igneos  
Perfundit idem artus, fitimque  
Sæpe pigræ cohiber palude.

Contentus, agrò sub Ioue roribus  
Vdum grabatum sternere, culcitrà  
Nunc ire fessum rupe durà,  
Nunc humili viridique valle,

C

Quin

Quin dedecus dicit melioribus  
Fatis frui, nec forte pari fore,  
Aut esse tunc solum sub umbra,  
Cùm coquit igne Canis cohortes;  
Aut casidà non ferre simul nives,  
Aut strenuò distinguerē milite  
Sudore se nisuque, & ullā  
Vel ratione viaque duri.  
Hoc præsecari credere temporis  
Angustiæ vitæque volubili,  
Quantum sopori conferatur,  
Compositis reliquis quieti:  
Aulis labores, tædia gaudiis  
Præferre, jucundæque molestias  
Vitæ, & periclis se globisque  
Ingerere, in mediumque Martem:  
Nil mortis, inter semineces viros  
Et busta cæforum, timidum gradī,  
Tabernque & inter tot cruores:  
Omne tuum propriumque, Diva.  
Nam mentibus queis pronior infides,  
Pro publica re sunt flationibus  
Nec mobiles vi, nec timore,  
Nec nece & interitu vel ipso.  
Vt mundus est lunæ super orbitam,  
Quá quæque rerum nescia stat vicis,  
EXTRA que MOTVM est, pertinacis  
Certa statu, eademque semper.  
Non cærulis mutabilis imbris,  
Non sœvientis fratribus Æoli,  
Nec nube cæcā, nec pruinis,  
Nec facibus Jovis aut tumultu.

ODE II.



# O D E II.

post

*recitationem.*



Ngentes animæ, corda capacia  
Leti, quique brevi parcere tempori,  
Vitæque rursus obviae  
Mortalibus, censem pigrum,

Cum mors certa simul fortibus, & quoque  
Cunctis sit, proprium muneris hoc habent  
Coelò, solum relinquere,  
Vt coepit æternum decus.

Namque his ut patrio vindicibus solo  
Ausis egregiis emicuit jubar,  
Salusque protulit caput,  
Iisdem lacertis excita,  
Et secura fuit: publica Res neci  
Incumbit cumulatisue, ruenteque  
In lacrymas vultu parat  
Famæ patentem lampada.

Interfunt allii laudibus, & venit  
Virtuti sua mox fama superstigi,  
Figens tropæa postibus,  
Et ante vultus lauream.

Multis vita negat, quod cineri datur  
Majusque exsequiis est decus arduum,  
Seroque nomen tempore  
Fit inclytum nepotibus.

Nullum destituit gloria verior,  
Nec raro meritum proxima tempora,  
Nec non futura testibus  
Implet suis & compita.

D

Præfer.

Præsertim celebris gentibus exitus  
Si se pro patriæ finibus exserat,  
Monstretque celsa culmina  
Virtutis, & summum gradum.

Et quid quæso magis nomina mittere  
In secla, & tabulis tam queat indere  
Viucibus, quam strenuum  
Exstinguier belli nece?

Namque hæc in medio contigit impetu  
Virtutis, simul & mox decus audibibus  
Quam maximis ipsa ad suum  
Vel sola fert fastigium.

Fulgorem & pretium grande periculū  
Non quoctunque petens sed, quod in omnibus,  
Pulcerimoque & maximō,  
Eoque cunctā pulcrior.

Quamvis & toga depascitur hanc virūm  
Vitam, reque faticit populi sui,  
Et orbe decedit Cato,  
Immortuus negotiis.

Personam tamen hic saepè tuebitur,  
Vt non continuo mors comes imminentis,  
Nec tanta sint pericula,  
Diuisa nunquam milite.

Hæc Ex oppositis gloria nascitur,  
Surgentes meritis intrepidi cadunt,  
Cadentiumque tollitur  
Surgitque sic nomen magis.

Proclus ceu celebri mentis & ingent  
Scalæ Salaidum nobilis Archytæ,  
Ascendere est descendere,  
Descendere est ascendere.

CAR.

# CARMEN PANEGYRICVM

Omnis benevolentia tua nos pinguere debet  
Tunc quodcumque tollit nos pinguere membra

R.



Quicquid *prima* refert generosi *semina* pulcri,  
*Vis animi & studium* curaque digna Duce.  
Quicquid *consequitur* pulcrum & virtutibus exit,  
*Signaque* virtutis, *factaque* quanta parit:  
*Singula* transcendunt solitas hoc PRINCIP<sup>E</sup> metas,  
*Omnia* perfectum schema laborque Deum.



Ot cæſæ grandes animæ, tot damna vicesque  
Præcipui videre Lares, & palluit oſtrum  
Jam toties, mortesque ſtupent illuſtria buſta:  
Externus fed luſtus erat, Druidumque fuere  
Funera, & in toto ſenferunt Lilia bello  
Iſthæc fata magis, noſtris conuifſa triumphis.

Nunc aliud nos moeror agit, propioraque tangunt  
Nomina, Saxonici cimeres, IANIQUE WILHELMI  
Exuvias flemus Thuringi. Jamque vel unus  
Hoftis lætatur, dum Cæſara remque fecutus  
Germanique bonum Imperii, cauſamque Batavi  
Et regni Albionum, magni pars foederis Heros,  
Teloni grauis infesto, Gallisque catervis,  
Occubuit, madidus populorum fangvine dextram  
Haſtenus, atque acies inter ſtragesque cadentum  
Incolumnis, quoties iras patriæque Camillum  
Induit, armavitque inimica in prælia vires.

Has umbras nil molle decet, non balsama, non ſunt  
His apti flores tumulis, queis conditū alter  
Drufus, & exequias Decio forteſque paramus  
Scipiadæ: circum ſtrepitū, poñpamque ſariffæ,  
Inverſeque haſtæ faciant, raucumque tubarum  
Clangores crepitent, & bombis tympana preſſis,  
Atque hæc diſtingvat nullis himnitibus Æthon.  
Aspera gens bellis, ipſæ vos ordine turmæ  
Ite, quibus pulcrō tumuerunt peſtora motu  
Principis in pugnam monitis, atque oſſibus ignes  
Sunt bibiti toties: quā dirum caſſide Cauri  
Frangitis atque nives, par, vos adſtare ſepulcro,  
Quæque olim pavere Ducem ſpectacula, juvare  
His manes, condiqve armis, cui vita per arma  
Per decorum celebrata gradus, laurosque cucurrit.

Afficiunt mediis lætis hæc funera fuſas  
In planctum Gentes: &, cùm diſfidere poſſit

E

Sors

Sors sibi , jam tantis successibus ebria rerum ,  
Post urbes captas regnis fidentibus ipsis ,  
Et nil non cedente supra famamque fidemque  
Armis unitis , Cæsar pars ipse dolentum  
Est , fatumque simul Reges & numina tangit  
Imperii. Quin & pariter quasfare querelis  
Atria visa suis Salais cum millibus altnu  
Ingemit , ingentique animæ devota satiscit:  
Non habitu serena suð , nec murice fulgens  
Æmula nec sceptrò , regalis imagine cultus;  
Sed luðtu fulcata genas , nulloque decord  
Confusam dispersa comam , viciamque fluentem  
Pallamque injucunda trahens. Ceu funere fertur  
Vpsala Gustavi exsequias ivisse , vel ipsa  
Bernhardi Magni Ducis incubuisse feretro.

Dumque pium Divo fit opus , cessere disertæ  
Tot cathedra mutis urnis , totusque stupefecit  
Mœror , & officium solvit per pulpita luðus:  
Nam nec ut antè suis animamus litibus anceps  
Verum Palladiosque dies; sed PRINCIPÉ pleni,  
Ingentis memores animæ sumus , atque doloris  
Sensi non capimus Stoam , rigidumque Zenonem,  
Nec , Leucippe , tuas atomos Pyrrhonaque ferre  
Possumus , & dubios lusus , dum quisque solutus  
In planctus , & nos communia damna trahuntque  
Et rapiunt: nullos ideo Paulina triumphos  
Jaçtat , nec lambunt nunc invidiosa cacumen  
Nomina: nemo cupit nostro retulisse Lyceo  
Jura fori , mitramque sacram , & jam præmia Cous  
Suspedit , Sophieque sua suffragia laudis:  
Nulli luxuriant hederâ lauroqne capilli ,  
Pilea nulla locum inveniunt , insignia nulla ,  
Nec quicquam referunt isthæc spectacula læti.  
Jamque adeo seu F R A T R I S amor non desinit ire

Atque



Atque redire animo , nec dum solatia possunt  
Dilcussisse Tibi luctum , seu causa dolendi :  
Tam fortis obitus , & tanti nominis umbra ;  
Admisit lenita modum , atque exsurgere fata  
Supra posse datum tandem : seu pondera rerum  
Et populi volvis tranquillā mente salutem :  
Seu Mavortis opus curas , & foedera nectis  
Subfidiisque juvas opibusque & milite fortis  
Imperium : seu mens spatiis Tua nescia claudi  
His , per utrumque simul totoque it corpore rerum ,  
Magne Ducum FRIDRICE fave , licet omnibus actis  
Nostra minus par musa ruat , diffusaque laudum  
Intervalla fluant sub magno nomine vati .

Primit indomitum spirabant pectora Martem  
Annis , sublimemque animam , testataque virtus  
Vimque ignemque suum , magnarum exordia rerum ,  
Cernere amor puero galeas , vultumque ferocis  
Militis , & thoraca fuit , tergoque locare  
Se spumantis equi , fodere & calcaribus armos ,  
Tympanaque & lituos ululari tota voluptas .

Quantus erat fervor , cum mens succensuit annis  
Vivida , quos nimiō verum suspendere Martem ,  
Vmbras militiae post & præludia , questus :  
Cumque Pater Divus FRIDRICVS , ab indole latus  
Hac , proli tantæ conscriberet ipse phalangas ,  
Nomina militiae priscis non cognita scelis ,  
Opportuna tamen per cuncta pericula belli ,  
Seu peditem poscas , seu forti commodus esset  
Miles equo , seu fit , patulo concurrere campo ,  
Sive opus in muros vis fiat , idonea valde  
Discendo Marti , quoties has arma peritus  
Ad bellum turmas formaret , Principe Divo  
Multa rogante super capite & super agmine multa .  
O qvām jam quoque tunc curas præferre viriles

Atque

Atque DuceM viuis , mundi pars horrida postquam  
Svedi Livonesque rudis proscenia Martis  
Obsequiis pandere suis , & Leina severis  
Incaluit studiis , ac totam exalperat Aulam.  
Vnumque in votis erat , experientia sternat  
Rebus iter , campoque queat iam tanta tueri  
Munia , & Herminios inter Deciosque praere.

Ast annos præter tardant quoque vota Camenæ,  
Ingeniique minas inhibent , & quicquid in illo  
Condiderant Superi , viresque animosque , volentes  
Ipse mente frui tantâ , rebusque futuris  
Doctrinas aperire suas , cùm molliorætas.  
Pallade sed mediâ moestas Thuringia taxos  
Accedit , magnique PATRIS se funere condi  
Aula stupet , quin Ipse gemens , quò nomine cuncti  
Crevimus , & nobis dignos , ait , häusimus ignes ,  
Perdimur ! heu quò Divus abis ? anne æquaora Tiphy ,  
Anne Helice caritura suâ ? Dispensia tanta  
Sospite FRATRE tamen solans , & Principe credens  
Hoc dignum , cesisse Deo , nec poscere manes ,  
Non iterum ad dignas non vertit Principe musas :  
Et subit , externos soles vidisse forisque  
Gentibus expoſtum decus , & quocunque sub axe  
Tam lati ſpatium pulcri . Jamque excipit Ambos ,  
Quâ ſacra Trajectum eft muſis , Rhenusque diſertum  
Os aperit , doctisque placet ſibi Belga magiſtris .  
Hic Divus ſvetum celsò cum FRATRE revolvunt  
Et coeptos pergunt radios , perque omnia coeli  
Terrarumque ſinus multis ſucceſſibus ibant ,  
Atque cylindrus opus variusque eft angulus oſtro ,  
Prismaque conique ſphæræque figuraque cubi :  
Quæ ſit castelli facies , quidve area poſcat  
Interior , ſedi ſeu fundamenta locanda  
Effent præcipua , ſeu deſignare neceſſum

Con.



Consuetas plateas , quaque aptum excurrere , portas.  
Quique locus torvis suggestibus , utque patescat  
Semia sub terra , coecisque cuniculus oris.  
Qvô Gallus , quô Belga sagax munimine tutus  
Esse velit , vel queis placeat Gens Itala formis.  
Quofque modos Freitagus amet , quaque arte celebris  
Blondellus , Paganque comes , nomenque peritum  
Vaubanius: quæ lex Rimpleria,cuncta reformans.  
Quasque etiam contrâ , sibi dum munimina crescunt ,  
Et nova quotidie ventura timentur ab arte  
Ingenioque hominum , quærat solertia laudes ,  
Discunt , quæque ipsiſ indicat bella repertis  
Hæc eadem . Ut feclô nostrô vallante , nec ausis  
Grandes Romulidûm , nec stratum molibus æqvor  
In Tyrios sit nunc aliquid , nec quicquid ubique  
Odrysii patuit , jam vilescentia rebus ,  
Quas docilis posthac series excluserat ævi.  
Quin quô se præter reliquos Coehoornius igne  
Tollat , & ut superi sit nata parœmia fecli ,  
Miraclô majore fide , mundique stupore :  
Hierichunta tubâ cecidisse , sed omnibus arces  
Præfidiis firmas Bonnæ per cornua vaccæ ;  
Ipsa simul pugnas format , cuneosque papyrus  
Contrahit his laxatque iterum , noctituraque quondam  
Stant foliò & fictis innoxia cornua campis ,  
Corticibusque eques est pediti sine sangvine præsto .  
Hic quoque signa , Duces , omnisque expendere Gentis  
Schemata erat studium , quonam diadematè mundô  
Rerum Cæsar apex , reliquis qui separat armis  
Se Dis Imperi : queisque à se numina & illa ,  
Et regnis abeant utrinque his extera regna ?  
Cur Gentilitio clyped par erigat Hassis  
Thuringoque jubam Leo ? per quem venerit alter  
Autorem ad Myſiae dominos hodieque regentis

Jura potestatis? quantæ sint conscientia dotis  
Lilia fulta suis lignis, Clivensia circum  
Scuta, sibi? Cujus fuerit Fera Julia merces  
Cæsaris & Montana simul, queisque ausibus ille  
Conciliatus honos olim? quod munere Ruta  
Ad Ballenstadias zonas accesserit, & queis  
Bernhardo volitum distingvi Fratribus armis?  
Cui, seu corda Leo, seu coccina strata rosarum  
Inter, profiliens nigricans referatur Elizæ  
Acceptus, vel cui Fridrico nobile schema  
Orlamundanæ ditionis & illius oræ,  
Quam fertur tenuisse Comes Wimarius olim?  
Ecquò, præter Isenbergæ tria coerulea terræ,  
Jure colorati teneatur Pleissa Leonis,  
Atque hodiè currat Myssi obnoxius oris,  
Exemplum in dominos, dextraque insigne fideque,  
Margaris Augustæ Sobolem. Quo nomine Genti  
Sit veteris Pyrgi ditio & rosa propria facta?  
Et quâ Chemnicumque inter Cygneamque forores  
Vrbs etiam ipsa simul, quondam pars libera regni  
Ausonii, subiecta Duci jam vindice dextrâ  
Saxoni? cur Tyrio tantum spectetur in ostro  
Parmula? num signum cunctis sit sanguine claris  
Atque Deûm generi & supra mortalia Sorti,  
Num Procerum Imperii tantum de Gente fatorum?

An scarabæorum tria cornua, sive dirematis  
Hæc gyris quæcumque suis, insignia Bernæ  
Aut Angrvariæ sint, aut vestigia juris  
A Witikindeis autoribus? Utque redire  
Ad Clivios fatum dederit felicibus olim  
Auspiciis Marcæ tessellas, quæque reliquit  
Ultimus Otto comes Ravensbergensia, totâ  
Deficiente domo, fastigia? Quantaque mater  
Isiacâ tulerit primum Gallina Coburgo?

Quan.



Quantaque, cùm terras Atavas vitamque Georgus  
Desuit Ernestus, partem capientibus Hasfis?  
Quid Pilà adveniat Domui rectoque Leone?

Quin hic per Veterum annales & tempora gaudent  
Cana rapi, & post tot priscæ spectacula vitæ  
Mutatis primam perlonis cernere scenam,  
Non mundo rebusque rati præfesse decere,  
Qui non sit gnarus mundi. Sic tota recessus  
Pandunt secula suos, & nunc Chaldæa vetustas,  
Eooque patet subiecta potentia Persæ,  
Grajorumque æræ, & quicquid laus Roma Qviritum  
Ausoniæque tubæ & scripti sub Consule fasti  
Commemorant: nunc quâ ratione regantur eædem  
Olim jam gentes, formasque est noscere cura  
Regnorum rerumque, quibus res publica crescat,  
In pejusque ruat sublapsa? stetisse ferocem  
Asyrium sub rege diu, atque fatiscere Grajos  
Libertate suâ: nunc, queis cognata movebat  
Laus, stimulos colere, & spatiosa condere totos  
Mente Deos. Aliis Decii reducesque Camilli  
Semper in exemplum veniunt, Brutique gravesque  
Æmylii & Druſi monstrantur, quosque vetustas  
Æacidas tulit Alcidasque & Jasonas ævo  
Heroum, aut queisunque suis surrexit alumnis  
Exteragens, Discunt ILLI sua Nomina. Quantum  
In MAVORTE suo Sigismundus viderit ævd,  
Posthabitis cunctis aliis ut Saxonas illo  
Conderet Ensigneros in Principe. Cuique negarit  
Bellum inferre viro PLACIDVS, quantique replerit  
Trux calcar Fratris, quoties induceret, orbem  
Imperi? subit ERNSTVS fatorque coronas.  
Tres inter pacis magnus, domitorque ferocum.  
Quum repetunt; quid pro rebus, pro cive salubre  
Aggressus SAPIENS, parili prodeſſe tenore

Vel.

13q3

Vellent , mirantes nomenque & pondera cuncta,  
Pectusque imprimis , quod noluit esse , quod esse  
Imperium cupiit , transscribens Cæsara nullis  
Impensis Carolo , quamvis tam grande ferenti ,  
Vt grates alias & præmia redderet Olli.  
Objicit exemplum constans , quām tempore nullō  
Tela , minæ fuerint recti statione movere  
Immeriti temtorem odii fortisque malignæ:  
Vt non Eleætor tam , quām Constantia , pilis  
Fulta vtrumque latus , qualis per regia passu  
Tecta fūd graditur , nullō & terrore vacillat ,  
Exhibeat summo præsenti fronte Monarchæ ,  
Confessore librō , quod ceperat æthere , verum.  
Iisdem MAGNANIMVM , vultu non impare fata  
Intuitum quæcunque olim , IANVMque WILHELMVM ,  
Cujus tot laudum , quot sunt monumenta salutis ,  
Nomina , quemque eadem pietatis gloria coelo  
Tollit , IOANNEM tot queis nil pace Deorum  
Nil bellō majus Patrem , volvisse decorum est .  
Quin etiam quoque tunc agnoscit Vterque Batavūm  
Terris materiam reliquos per pulpita ferri  
Saxonas , & magnum Rutam sibi nomen habere .

Ast omnes dicat has tunc extera terra Camenas ,  
Talesque incumbunt istis successibus artes ,  
In patria postquam fidi prius Ausones aulā  
Prima rudimenta & varii cunabula Phœbi  
Quisque suis nuper superarant partibus , & jam  
Majestas Romana sonos cultosque lepores  
Indulget , tantique sciunt scabrosa cavere  
Discipuli , & quicquid Latias incomtius aures  
Offendit : neque non elementa & semina rerum  
Ipsarum hæc prætexta sapit primoribus annis .

Sic quondam geminos par mens generosa Mycenis  
Evocat Atridas Ithacumque : & abire Quiritum

Spem

Spem jubet , & cultō Grajorum littore stare,  
Et queis Vos quondam portis patuissis Athenæ.  
Regia sic Pellæ soboles primordia fertur  
Insumpisse suæ vitæ, Dolopumque revolvens  
Agmina Cecropiasque manus à carmine Vatis  
Sumere pugnandi leges bellique tenorem.

Ast nec tunc semper musæ Pallasque juvabant,  
Vt non hæc aliis distingveret otia tota  
Rebus, & ad Martem bellumque, omnemque referret  
Virtutem & famæ decus, ingentumque favores.  
Qualiter in remis par est concordia agendi,  
Singulaque ad positam nituntur carbasa metam.  
Cùm portum querunt, referuntque ad littera navim.  
Aut veluti spatiis æquis & pasibus exit  
Linea cuncta sinu, & facie revolubilis orbis  
In plures laxata vias: sed tramite finem  
Vnum contingit variò, mediaque recondit  
Sese hæretque notâ, atque oram respectat eandem.

Non ignota Tibi Faunum Tethynque superba  
Inter, concilium mundi limenque Deorum,  
Haga cano. Quæ non jam tunc vestigia tot Dîs  
Hospitibus, quæ non, ex illo cognita terris,  
In se verterunt oculos? Mandata ferebant  
Ora Deûm præfente bonâ, & tot regna Potentum  
Cernere erat, quot queque vices in commoda cuique  
Personamque dabant. Aderat quem Cæsarî ostrum  
Austriacæque Aquilæ, quem' viætrix credidit Arctos  
Pro se posse loqui, Bæticæ & Iberia dives.

Illuc Parmenio Veterum Portlandius, illuc  
Et Windischgræci grandes, memorandaque Quiros  
Nomina, Svedorum Cyneas Lilrothus & ille  
Plessus Cimbrorum luxit. Si Græcia stabat  
Consiliis, Italæque suis svaloribus oræ,  
Si Nicæ magni, & cultō gravis ore Periclis

G

In



In Pandionias spatioſa industria curas  
Exiit, ingentique bono contermina cunctis  
Finibus Imperii mens circumpecta diſerti  
Arpinatis agit: non inferioribus illis  
Nominibus magnis ſurgebat gloria regniſ,  
Aſſentesque ſuis Proceres in vultibus omni  
Tunc ſuccurrebant ſummae, faciendaque tunc et  
Moguntinus apex dederat, quemque impiger enſis  
Tollit & Imperii ſceptrum, Bullataque plura  
Nomina, & Allobrogum Dux, Elmenaeque potentis,  
Hannoveræ Cellæque, & qui non tempore tali  
Princeps? Haut aliter, quam cum ſuprema minati  
Titaneſ coelum vellent evertere, plures  
Di non adfuerant ipſi confefſibus, eti  
Quæ peragenda dabant reliquias. Quin major & ipſo  
Ingenti Stilicone, Iovemque Ormondius Anglum  
Attingens propior Dux, & virtute ſubirat  
Solnius huc armisque potens, ac murice celo  
Exsuperans cunctos inter Gvilielmus Iernæ  
Rex atque Albionum, quemque unam Scotus adorat  
Et mediis e fluctibus Orcades, ipſe labori  
Orbiſ confiliisque vacans & rebus agendis.  
Hærebant primum, bellum num mitia vellent  
Tempora, vimque omnem grandesque exaggerat ille  
Turboris opes, alii molimina pacis  
Fucatae, & teſtos ſtudiis fallacibus hydros  
Incipient metuiffe: fed hoc ſuffragia cuncta  
Dein coeunt, unam laudem reſtare triumphis,  
Occuſare malis, ne tam mutabile poſthac  
Pax, ſecumque trahant toties exordia finem.  
Tam facili Divum tunc invitante locoque  
Temporeque optatō quicquam dimittere poſſe,  
Actantō ceſſare ſibi jam cardine rerum?  
Et dum ſpectatum venit hic quæ parturit orbis

Mi.



Miracla, & quantis autoribus omnia fiant,  
Terrarum venit enī spectetur ut ipse theatro  
Hoc tantō, postquam fuerat jam pectus amore,  
Omnes affari & simul innotescere mundo,  
Incensum, Regique inter comitantia primū  
Nomina, tam prōnō radianti fidere Belgis.

Mox tenero cupiunt omnes, atque omnia dicunt  
Tantæ fausta spei, & manifestā visque vigorque  
Illecebrā quemvis trahit, ac jam Cimber Iberque  
Et Sveones totoque abscissus ab orbe Britannus  
Totā mente favent, regalique influit ostro  
Sic Princeps, ut sint multorum mente reposa  
Omnia, quæ tantō Mavorte hōc vate futura  
Audierant, nullum vulgare minantia rebus.  
Scilicet assertor pacis, terrorque furoris  
Hostilis, Vestamque domans latumque profundum,  
Tunc cùm libraret socii discrimina belli,  
Hoc etiam vidit sub pectore, quale vel unō  
Præsidium lateat, quōd res & Saxonis olim  
Stare falsus, Gentisque suæ cunabula possint:  
Et, quos dein gesit, jam tunc spondebat honores,  
Quæque parabantur divina ex indole magna  
Munera, non unis ornanda in partibus Ipsi.

Illustris longum foret, hīc memorare Iuventæ  
Nomina, quem Gothici pelagi fortuna maneret,  
Et circumjectis celebrat nunc Cimbria regnis  
Fridricum : quem tum stirps Cassellana vehebat  
Hæredem, geminoque Ducem de ponte, vel ambo  
Germina Cattigenūm, dandosque annalibus omni  
Ævō Naffovios, fociæ duo pignora terræ:  
Quos omnes inter jam tunc venerabilis ibat,  
Cunctorum communis amor, præsensque voluptas.

A Iove non aliam Mariam trans æquora sentit,  
Gratiaque Hospitibus regalis it altior Aulâ,

Sic



Sic radiis geminata suis. Ceu lætiūs astris  
Casiope Cepheusque rubent, & conjugē pronō  
Pronior Andromede simul est, ac dulcior ipsō  
Cum Phœbo si Phœba favet. Non altera regum  
Nata, Caledoniī Majestas post data sceptris,  
Abnuit Anna istis trabeis, clarissima Princeps  
Mentis naturæque labor, cui gloria tollit  
Se, quā sol ruit atque cadit, viētæque fatiscunt  
Hostibus edomitis urbes, cui cedere Scaldin  
Vidimus, asfiduasque fibi succedere laurus.

Magnæ consentis Matri, fate sceptra George  
Inter Danorum Conjux, cum Prole Glocestrā,  
Cujus defunctos inclamat pallida manes  
Anglia, & hoc fatō regni subsidere honores,  
Misericorde unum queritur quacunque triumphis  
Hoc luctūs gemitusque suis. Componitur ipsa  
Exemplò mox aula Deūm, & proclivior omnis  
Fertur in externæ præfulgida nomina terræ.  
Teutonis agnoscit Gens Nottinghamia grande  
Depositum, & fusos peregrinò Saxone Piëtos  
Vultibus his recolit magni Licester Iulus  
Schombergi, quin & Dux sangvinis arsit in illa  
Indole Devonii, nec quā tribuente coronam  
Acceptat regalis apex, Sturana tiara  
Dispare fertur in hos animo. Quid nomina præter  
Hæc referam reliquos, quorum spectacula FRATRES  
Ardua cunctorum rapuerunt ora? Quid omnes,  
Quos colere has animas tantus procul ardor agebat?  
Post aditam insignem sceptris, neque finibus urbem  
Tot stantem fecis, Tamèsi coeuntia latè  
Mœnia, spectatamque suò munimine turrim,  
Tantarum rerum custodem & regia tecta:  
Atque domum visam musarum & nobilis otī  
Oxonium, & Clariæ celeberrima scrinia turbæ:

Post



Post Euclideo radio quantoque dicata  
Atria naturæque sacræ, & cognita quicquid  
Magdalis illa sonat, quicquid Martinia promunt  
Limina: mox tantos sénserunt ostia portus  
Magni, & tot sylvæ, quas tunc aptare videbant  
Puppibus, inque sali spatiōsum mittere Gentem:  
Hospitiumque patet Neri, jamque æquore surgit  
Aulis nostrorum seclis, totæque Mycenæ,  
Et properat totoque isthæc hōc littore circum  
Nomina nat Tethys, Spathaleque & Glaucus ubique  
Lætitiae dant signa sua & vada coerulea fulcant.

Fortè per has statio sexcentis navibus undas  
Cum Batavo fuerat loci contracta Britannis:  
Fundatae vastò tunc urbes æquore visæ  
Sunt, vulsaque sua Cyclades à fede natare,  
Immissæque undis Ossæ. Quas Æfona proles  
Argo non conferre velit, ne grandis haberí  
Non ultrà possit metuens, coelumque mereri.

Vtraque præ reliquis fœc Prætoria tollit  
Hospitibus tantis facilis. Cui grande Kuiigreu  
Nomen aquæ fecere truces, & fulmina Nereu  
Bina tua, insignes Schovelusque & Valius ausis,  
Nominibus surgunt his, & fit mitior ipse  
Terribilis spoliis Alamonde, atque æquora viæ  
Pone trahens toties, præstansque vicaria juxtâ  
Munia Callnbergus favet. Et solventibus ora  
Cunctorum cupiunt, portæque incendia jaçtant  
Navales, lætisque tonant super æthera bombis,  
Hac Anglæ classes aliâque ex parte Batavum.

Ipse alia facie tantis apparuit æther  
Principibus, quam tunc cum totò maxima ponto  
Ad se vertentes vidit procul insula, ventò  
Mutatò, & mediis transversa furentibus undis,  
Et quoque nunc etiam cursante ultro prædone citroque

H

Al-



Albionum pelago , Amborum discrimine magnô:  
Nam Triton facit ire suas , mitisque paludis  
Instar aquas. Omnes subfidunt æquore motûs,  
Et molli circum ludunt aspergine Nymphæ,  
Blandaque Tyndaridas delestat gratia Fratrum,  
Et præter solitum Pollux cum Castore fiunt  
Dextera pacatos inter spectacula fluëtus.  
Quin etiam Ventus surgens à puppe carinæ,  
Tantumque advertens pondus proclivior alas  
Accipit , obsequioque Ducum plus incitat undas.

Præfensere sibi jam tunc Merovæia in illo  
Littore Ductorem Batavum , certusque futuri  
Dyla gerendarum rerum successibus oris  
Applausissè suis fertur , Scaldique beata  
Octonisque fretis Antverpia , magna que Belgî  
Primatum fedes Melinum , quæque Lovanis  
Vis in corpus agris ierat. Quam miserat illò  
Scotia , & excierant committi Saxones Anglis ,  
Quique bibunt Senum populi , Piëtique feroceſ,  
Et quos auſteris in fluctibusasperat Humber ,  
Aut tunc addiderant castris vicina Batavum  
Nomina , tot clari magnis super æthera factis.

Creditur admonitus Marti , tunc omnia ſolus  
Imperio moderans Gvilielmus , numiua caſtris  
Adventasse ifthæc , ſimil & fremuifſe feruntur  
Bellorum arcani ſtrepitûs , cum ſiſtere paullum  
Ambos arma inter Fratres & tympana juvit ,  
Divusque ad Regem eſt profatus talia Princeps :  
Si mihi par bello vis , ſi ſunt ſemina durae  
Militiæ , de me dare ſi ſuprema cupido  
Augurium Tibi , Rex , poſſit , nec temnitur ætas .  
Jam fio ſupplex , non ut ſpectacula poſcam  
Belli præteriens , verum ſub vultibus opto  
Eſſe tuis , grandisque aliquid mihi ducere factis

Aſpe.



A spe tuō. Nostris hæc gratia rebus  
Affulgat, non jam nunc poscit altera nobis.  
Rex autem: Tuus, o Proles Witekinda, quid optes  
Explorare labor, nullis nos deērimus ausis,  
Nec frustra tuus ardor erit. Quò femina, virtus  
Te vocat, i, verum labor atque industria callem  
Invenient, surgentque tuis tibi numina votis.

His verò quantō venit fiducia motu  
A jam lustrato Batavo totoque Britanno  
Proxima castra sequi? Totam diffunditur Ipsī  
In mentem tunc regis amor, cum pectore grandi  
Non nisi magna videt: summamque apicemque tueri  
Belli, atque his curis Belgarum gliscere famam,  
Anglorumque simul magnō cum nomine stare.

Hautaliter, florente genu, prope flumina Thracum  
Militiam cœpit Mavors, & prima subivit  
Castra olim: & sic Sparta, siuos stimulaverat omni  
Ævō, Thessalieque ducem formavit Achillem.  
Et tunc Flandrorum quoque gens, & maxima Regum  
Atria, Bruxellæ, & mediā Zelandia spondet  
Tethyi, Gandavumque, vadis cum quattuor, orbi  
In Duce Scipiadas, Deciosque & nomina quanta  
Juliadis Drusisque manent: ac vindice tali  
Tot debellato palmas sibi grandis ab hoste  
Amstelis, orbis opum domus, & dis area rerum,  
Quas didunt superi pelago, naturaque latè  
Gentibus, Afer ubi serio procedit Ibero  
Obvius, atque Arabi Cimber; Persæque salutem  
Dicunt & referunt, unō & patet æthere mundus.

Dein quoque subrisere sibi tollentia turres  
Vrbis Agrippinæ munimina, sacraque sceptris  
Moenia Romanis, & flavæ Neccarus undā,  
Heilbronnae juxta fines instructaque ponte  
Littora, ut hanc animam properare cupidine tantā

Adver



Advertere simul, quā tunc tentoria stabant.  
Visque unita Aquilæ, nosferque exercitus omnis,  
Visendi studiō Alciden & Thesea magnum  
Gesta, Georgorum Quartum, qui terruit und  
Turmarum aspechtu Gallos, aususque represit  
Teutonique intentata diu: regemque minantem  
Jam tunc Augustum cladesque & funera Turcis,  
Naturæ magnos famaque Vtrumque labores.  
Plurimaque Heroæ nuper præconia dextræ  
Ludoicum, Badense decusque & nobile quondam  
Communis septum Patriæ, verumque salutis  
Germanæ Fabium, Baruthinumque celebre  
Cuncto Marte caput terris, quemque ipsa timere  
Hasfiacus Bellona queat, totque omnia fausta  
Sidera. Jamque illis capit incrementa magistris  
Turmarum Ducis æstimum, qualeunque priores  
Credimus, talem nobis ingente fatentur  
Consensu magni testes. Magis erigit illud,  
Pellæos animos, & mox fert tota voluntas  
Auspiciis tantis, & sub ductoribus ipfis  
His tentare decus, neque deinceps Marte carere.  
Saxone inexpertum Pelei jam rursus Achillem  
Forniente his seclis, sub ductu & nomine magni  
A Wartensleben Comitis, cui sceptra Borusii  
Regis res belli dare tunc, & subdere Martem  
Non hæfere Aquilas inter sociasque phalangas.  
Nec jam Fratris amor celsi divulsaque nunquam  
Pectora, nec fortuna movet, blandique penates  
Bellorumque immune solum. Spectacula necdum  
Hæc effluxerunt, quā Nicrus præterit Vlmæ  
Littora, cum rumpunt inter se nomina nunquam  
Rupta suos primum complexus, Rutaque fulsis  
Vtrisque auspiciis, & jam tranquilla potestas  
Alterius fit cura Ducis: civisque juvare

Vtile,



Vtile, & innocuos annos pendisse faluti  
Mille hominum: sed prima redux ad tympana fertur  
Alter, & ut patriæ bene sit, summæque potentis  
Imperii, deinceps ferratā casfide vultus  
Condere gestit ovans, nitique per aspera belli,  
Ac imbris hyemesque inter Caurosque Notosque  
Vimque minasque pati cœli, totasque ruinas,  
Et quosunque olim Troasque & Sparta labores.

Ipse Nicer non tunc hirsutò gutture barbam  
Nutrit, villofasque genas, non aspera Patri  
Ora rigent, gracilisque comas foedaverat alga,  
Gaudia forma refert, culta & meliore senectā  
Emicuit, jusfitque illas intexere rerum  
Nejadas, & populi nascentia dicere fulcra.

Interea rerum faciem totumque tenorem  
**ERNESTO** Statore pio, neque, vindice Divō  
**FRIDRICO**, non continuantia prospera rebus,  
Jam perfecta diu colit exemplaria civis  
Regnantūm, & post ipsa placet sibi funera tantis  
Nominibus, sortemque suam seque æstimat illis.

Plurima sunt terris incommoda, qualibus una  
Non gens pressa gemit: Gravis ignorantia vulgo  
Incubat in fidei rebus, Themis exultat omnis,  
Apparet frigere salus, privataque civis  
Commoda, & his ipsis pendentia publica: lapsa  
Cernas non refici, non infortunia curæ  
Esse velut par est, & nunc æraria rerum  
Deësse gerendarum, nunc proficiens bello  
Pace jacere datā, nunc incœsta accersere Marte  
Injusto dominos: vel, si sunt aurea sécla  
Non tamen esse illis populis diuturna, sed uno  
Jam toties hærede venire teterima fata.

His secura malis Patriæ sub Patribus illis  
Extulit os ditio quævis obnoxia tantis

I Aug 1616 No.



Nominibus. Doctrina beat tot pectora sacris,  
Templaque relligione sua. Jamque aulaque plebsque  
Sancitis sapuere piis , per teatique visæ  
Ipsa illæ passim fese diffundere curæ.  
Excultos regio omnis habet, per rura per urbes  
Spargitur ampla seges, qua nos & cunque videmus,  
Aspicimus fructus & publica signa regentum,  
Avertique animos vitiis. Male flectitur ille ,  
A quo numen abest, & plus mandata suorum  
Vulgus amat cœli reverens , quin rectius olim  
Formata vult mente regi, quam legibus, omnis.

Nil est barbariem Thracem coluisse, chelyque  
Perfregisse Hænum: nihil est Amphiona clarum  
Saxa movere etiam , cum Thebæ condidit arcem.  
Plus pius ERNESTVS , supremus Episcopus oræ  
Subiectæ, sancto potuit conamine , nullis  
Parcens impensis, nullisque laboribus, ævō  
Hoc etiam exemplo monstrans, quo rectius usu  
Æra locent hominum magni Di. Numquid id esse  
Grande putas, olim celebrat si culmina Memphis  
Barbara Pyramidum, summoque è vertice latè  
Splendentem de nocte Pharum ? cur fastus in unam  
Coenam se fundit? vel opes tot devorat Isthmus?  
Dignior in cultus animæ est impensa, decusque  
Omne ferit laus hæc , illis quæ debita rebus,  
Quæs fidei tenor & cuncti stat scena decori.

Eminet insolitus fervor , sacra singula nōsse  
Nomina fungendis divinis partibus, ipsas  
In partes stimuli, salario cuique parata,  
Sacrorumque ideæ nostrorum, oculique notantum  
Censorum, & se non poscentibus obvia dextra,  
Quos nemo poterat neglectæ accersere Spartæ,  
Quin præ tot titulis nova sacri codicis orbi  
Effulget facies , intercalataque pura



Pagina Théologîa, & qui nunc, velut obice ruptò  
Cunque in Christianos jussu liber exiit altò,  
Cui sua meta salus, civisque est utraque vita.  
Felix hic rerum status est, quâ prodita cœlo eff  
Relligio, soloque Deo doctore triumphat,  
Nec metus est, ne se tollat subnixa priorum  
Lege supersticio, aut veteris constantia falsi:  
Quaq; etiam improbitas, crimenq; alia omnia doctum  
R ellinquit curvos ausus, presque furores  
Subsidunt, fiuntque boni, passimque refulgent  
Virtutis melioris honos, mentesque beatæ.

Ad quorum normam Josaphat, si viveret, optet,  
Judæum quondam studiis coelestibus orbem  
Et curis implesse suis. Helenæque propago  
Magna, datò primum rerum diademeate CHRISTO,  
Submisæque ejus signo cervice, levassè  
Æthereumque ursissè bonum: similare penates  
Sancto delubro, pietatis cultibus, ingens  
Theudofius, parili & fulcire palatia more.  
Quæ super una olim plus Cerberus iris  
Infremuisse Hecateque faces succendere, & omnis  
Dicitur exundassè Erebus liventibus undis.  
Per medias Themis, hœc quantum vertiq; regique  
Cernimus auspiciò, sua fert velatior oras  
Lumina, & invidiæque expers blandique favoris  
Omnia lance pari justoque examine pendit.  
Jamque sibi toties metuit mala Principe causa  
Præside, solamenque refert, & mitia pressus  
Sentit rostra cliens, cum debitajura morari  
Non sinis, affatuque attentus supplice, fistis  
Magne RNESTE gradum, & jam post tot pondera rerum  
Lastratis humeris, hortante quietis arenâ  
Jam distillatâ, repetis sublime tribunal,  
Et celerare magis mandas responsa petenti

Nul-



Nullius indocilis recti, & servare tenorem  
Ipse sciens, quoties etiam consulta loquentes  
Res rapit in partes, atque huc & dividit illuc.  
Quantumcunque sibi civilis postulat usus  
Vitæ, & per quod nos fruimur concinnius ævo,  
Atque salus gliscit seclorum, & diditur oris  
Vtile, continuò sese meliore vigore  
Effert, & sua jura forum mercantibus offert  
Ingeniumque lucris: operas cunctosque labores  
Artificum pañsim videoas in prospera niti,  
Nec dominum hoc pugnisse ipsum descendere. Namq;  
Qualis iter radit liquidum Jovis ales, & æquo  
Non semper pennas alarum examine libratur,  
Aut sursum in nubes abit, in cœlumque minatur;  
Verum nonnunquam proinus velisque remisisit  
Devergit, nec non propior venit æthere valli.  
Sic sua magna tenent non semper pectora, & iisdem  
In tenui est etiam labor, at non tenuia terris  
Commoda. Materies varia & distraictio rerum  
Organaque & quicquid quoconque sub ordine fundat  
Augetque artifices operas, non respuit usquam  
Isthæc in commune Bonus, nec munera rerum  
Ingeniumque & opes pañsim positusque locorum est  
Ignorare suos, quibus hic natura quibusque  
Hic faveat, quid, ubi Cereri vult cedere Faunus  
Aut Fauno Ceres, aut haec utraque nomina latæ  
Nejadi, mortalis possit solertia curæ  
Confecisse sibi, atque suos convertere in usus.  
Ut celerare fugam patriaque excedere Mavors  
Vrbit, & omnis eō terrore Thuringus & Hassus  
Ac Mylus, atque omnis vertebat Francia terga,  
Quod vix est alibi factum, mens provida villas  
Privatis conflavit agris, speculisque monere  
Atque omnes hostis motus & robora mandat

Com-



Complecti, celsisque locis longinquā tueri,  
Quid Tilly paret, & quid Pappenheimius oris,  
Quæ vicinorum sint fata, an proximus ipsis  
Ardeat Vcalegon, aut quā discrimina turbent  
Cunque viā, aut erret manus. Iftis jugera rebus  
Non neglecta jacent, & sub crepuscula pacis  
Subiectos colles & notæ pascua vallis  
Certatim repetunt Damoetas, Thyrſis & Ægon.  
Et sua cernit herum Ceres, atque reponitur omnis  
In possēſſa ſibi, ſpēſque his nova glificit in arvis  
Non dum occante iterum, nec poſſeffore ferente.

Sique recuſabat deinceps ſolatia gnavo  
Rarior agricolæ mēſis, felicius omen  
Mox ſibi concepere omnes, & tollere ſigna  
Ad bene ſperandum toties ope nobile magnâ  
Ante potest ævum totas repetentibus artes,  
Queis his proſpectum terris, quâque iſta malorum  
Sustulerint toties plenâ granaria farre.  
Quin à Vulcāni non uno vortice cladis  
Quam mox & toties venere oblivia tectis,  
Iſta rem reddente manu, atque habitacula civi,  
Molibus aucta ſuis, oculos ferientia cultu,  
Et ſe in ſe Gothâ quarente, aliaque nitente  
Quam fuerat, poſtquam eſt variis educta ruinis?

Tot rerum nervò non hic æraria censu  
Deſtituunt, jamque iſta ſtupent exempla Potentes,  
Ac non vulgatas artes, ſecretaque cenſent  
Totos jam maniſta dies in Principe magno.  
Di faciles, nunquam in fundo manus, atque ſuorum  
Perſpectæ vires, certæ non fallere normæ.  
His rebus quodcumque p̄ II surrexit in annis  
Sublimis venit, & jam fert memorabile nomen  
Curia, Pieriique lares, fastigia, turreſ,  
Et Superū novatecta, ſcholæque & limina quicquid

K

Mufis

Musis & doctas referat discentibus artes,  
Doctrinaque illos auget meliore penates.

Aspice pacatae regalia culmina rupis  
Quisquis ad ERNESTINA stupes conamina resque  
Ingentis Ducis. En isthoc se limine primō  
Insignis palmā Pax offert optima Diva,  
Ore habituque ferens, sua quām primordia Princeps  
Impendisse sciat, simul ac caput aucta coronis  
Certatim positas lites Europa probarat.

Cernis, ut augusta & centenis excita portis  
Atria Cadmeis insurgant æmula tectis  
Tempore jam ex illō, cum starent omnium egeni  
Atque agri, atque urbes, nec non miserabile passim  
Ævum tot terris incumberet, atque periret  
Ex rebus quicquid dominis accederet ipsis,  
Escentque attonitæ media inter rudera gentes,  
Bellique horror adhuc totis foret undique terris.  
Ceu pavet agna lupum, nec jam sibi tuta videtur  
Saucia facta semel, quamvis excussa rapaci  
Ore: vel ut pennis foedatis Chaonis ales  
Horret adhuc, avidosque timet, queis hæserat, ungues.  
Condantur quantō sumtu nunc limina, quæ pars  
Arcis ovant sacra, tot reliquarum exordia rerum,  
Nascentesque Deūm sedes, atque omnis ubique  
Emicet alta domus recti, testisque perennis  
Autoris velit esse sui: nunc pabula doctis  
Stent sua, quæq; juvent Phœbūm & quæcunq; ministrat  
Mentibus ingenium: Phariumque lacifere regem  
Scrinia lata parent opibus totamque Camenam,  
Seu tibi sacra velis, seu fint quoque cetera curæ;  
Quæ totum rationis opus, Pataramque Claronque  
Et Tenedon cunctam referunt: nunc erigat agger  
Sese, nec simplex sit disparate machina forma,  
Aut adversa minans robustis cornibus hosti;

Aut



Aut non lunaris prorsus, vel tota rotunda,  
Tantorum colophon operum pacisque laborum.  
Relliquias nequeunt belli & pendentia faxa  
Instaurare alii, totas fulcire ruinas  
Posibile ERNESTO est: sunt versa è sedibus ima,  
Æquaque desperata solo, dat lucis honores  
Hoc præcæ caput, & gradibus majoribus auget:  
Inceptat melius rebus confidere fera  
Seque movere manus, liet hæc supposta tueri  
Vindice sideribus jam culmina pace recenti.

Nec tamen impensò censu, tunc deficit alter  
Ulterior, quin hoc primo de fonte perennet.  
Haut fecus ac Nereus partes diffundit in omnes  
Sese subter humum, variisque meatibus illæ  
Arcanâ Phariis populis sub origine Nilum,  
Illæ Eridani rores, hæc flumina Gangis,  
Hæc Istri gignit, nec divite cessat ab undâ.  
Audit hoc mundus, nec prudens colligit unus:  
Hæc si difficulti miracula parturit ævo  
Dux magnus, quid non faciat melioribus annis,  
Augurium completere die, atque eventa ferente  
Hæc, quantum vitæ laudatae indulserat ætas.

Hæc & nituntur curis prudentibus arma,  
Et res Parmenione suo stat bellica pace  
In media. Coëunt ipsis cum fascibus enses,  
Cum castris civile forum, nec, quicquid in hostem  
Bellatrix doctrina parit, Meleager & alter  
Vsibus omittunt Perdicca parare futuris.

Ordiri bellum quām sit proclivius ævo,  
Atque modum optatum rursus postuisseque finem  
Illi, quāmque loco non stet, sed mobile Mavors  
Ingenium moresque habeat gñarissimus, ulli  
Extero bello se non immiscerit unquam,  
Nec prorsus, nisi cùm res posceret ipsa

Imperii



Imperii magnumque fides in Cæsara , quæ vel  
Solamerere illos à Majestate favores  
Hac poterat , quantis ingenti floruit aulâ.  
Isthæc æternâ seponit nomina mente  
Hasfia , Darmstadias bellum cùm glisceret inter  
Et Cassellanas Gentes, hòc vindice magnô  
Consilio atque operâ mox alcedonia toti  
Illi dante solo. Nec laus minor ista refusit,  
Cùm quoq; tot causas Patrumque Ducumq; per Ipsum  
Sustulit Imperium , partes tradente supremô  
Arbitrio , & toties lètò succesibus ævô.

Invalidis alter cùm jam cervicibus effet  
Atlas , seque olim fessus subduceret astris ,  
Ac Dì nutarent , & totô pondere cœlum ;  
FRIDRICVS subit huc Alcides , omnia prorsus  
ERNESTO Patri similis , curamque facrorum ,  
Et justi cultum , & quæcunque salubria terris.  
Quâ si vel tentet , nil majus dicere quisquam  
Laude queat , nisi nunc illi superaddere vellet ,  
Magnum FRIDRICVM nomen labentibus annis ,  
Tempore tot decora hæc auxisse locoque ferente.  
Et licet has fuerit semper comitata secures  
Gratia summa Deûm , fastisque inscripsérit una  
Faustis tot foetas terras ditionibus æstas ,  
Hæc tamen ipsa fuit cunctam tunc gratiō ante ,  
Cùm spirantis adhuc Soboles in PATRIS honores  
Mittitur , ac virtute pari supplere labores  
Vult eadem , & magno Collegæ creditur , ævô  
Olim venturô , quoque certius omnia ferri ,  
Hac normâ flectente ratem , quâ recta fuisset ,  
Nec sibi sic mutante ferè moderamina Gente .  
Ista volutanti devotô pectore civi  
In nullo dolor est , præter quòd nomina tanta  
Rebus se absolvere orbis , soliisque recepti

Nunc



Nunc degunt aliis, neque jam palatia iusfas  
Ornant, aut momenta Patrum & decreta Senatus  
Supremum pendunt, aut hinc absentibus adstant  
Præsentes ubicunque animis: quin omnium in uno  
Principe vota suo, atque optant bona tanta perennent  
Nomine reque pari mox successore FRIDRICO.

Ifse videt procul hinc studiis fervere tot urbes,  
Atque operæ accinctos huc illuc currere cives,  
Hosque optata polò sibi jam deducere fata,  
Incusare alios tardantia tempora votis,  
Effe alios, qui spe lœti jam gaudia captent,  
Aſt inter motus animi, qui poscitur, Vnum.  
Adventum cùm fama præit, cunctusque per urbes  
Terrarum haeredem præcellaque nomina jačtat:  
Alludunt sylvæ, lœtique cacumine montes,  
Vallesque umbriferæ, & nutanti vertice colles.  
Quin placidi vadunt annes, & fontibus imis  
Attollunt Nymphæ caput, & sua gaudia produnt,  
Publicaque ipsa polò res offert munia lapsa,  
Et properes, ò magne Ducum, tunc dicere viſa eſt,  
Te proceres, populus, Te cuncta negotia ſolum,  
Teque viri matresque & nomen ab ubere docta  
Invitat dudum confuſo murmure pubes,  
Et nomen laudesque tuas & carmina dicunt.  
Noſtrum quisque tuus, cuncti juravimus, & ſtat  
Obſequium, & manet hæc omnes ea cura nepotes.  
Antiquos fervans titulos, fervabis amorem,  
Crescatque is nobis, cùm crescent omnia tecum.  
Ingridiare tuò majorem numine ſedem,  
Et PATREMQUE & AVUM lœtò refer omne nobis!

At Divum excipiunt caſtra & tentoria prima,  
Isque iterum lectis fe cum ductoribus infert.  
Tum turmis mediis ſimul eſt manifestior inter  
Viſa Deas alias, germanas quasque Sorores,

L

Sefē



Sese testari, quæ lubrica nomina rerum,  
Audacesque manus & dextræ fortis arenam  
Digerit, Heroum Genetrix certissima fœclis  
Tot retro, rerum tutela, & vivida bello  
Virtus, cui superique manent & publica meta,  
Majestate pari, qua sese ferre Dearum  
Majores possint, cùm per consortia gaudent  
Ire hominum, nostræque patent coelestibus oræ.  
Eminet in totis castris, parsque una lacertos  
Nudatamque aperit mammam, pars altera vultus  
Asperat ignitis oculis, habituquè Minervæ  
Æmula, in auricoma se condit casside, & hastam  
Dextræ horrenda tenet populis, clypeoque lacescit  
Cuicunque est ferrum pro jure & gloria vires.

Illi tot stragum facies, totque oppida diâ  
Sculpta manu, cædes pugnæque, pericula, lauri  
SAXON ID VM, longas dedens Erfordia turres,  
Captaque Goslaria, atque armis Northemia cedens,  
Oettingæque inerant evulsi cardine postes.  
Ilic Herbipolis dextram dat fræcta ferocem,  
Totaque submittit se Francidos ora, ferente  
Moend rem titulumque Ducis, patet astibus ipsum  
Manhemium, Svevum Corydonum extincta residit  
Tempestas, Martem communem Rhenus uterque  
Sveviaque &, clarum genus, audent subdere Franci,  
Horniade curam nuper. Celeberrima campis,  
Luzenæ hos volitat circum victoria currûs,  
Viðtoresque etiam fiunt post funera Gothi,  
Nec sibi mutatas sentiſcunt agmina habenas,  
Dum Rex vivit adhuc primis successibus orbi.

Nec minus ære illô per Norica castra refulget  
Virtus, mutatô configere viâ caballô.  
Acceditque illis titulis Landavia, Ifaræ  
Littus, dat fasces terræ pulcerrima Bojæ

Mona-



Monachium, & timidas apportat Rega secures.  
Istrique unda isthic paret, fugiuntque cohortes  
Budjanæ, turmasque premit pedes, acer et urget  
Plescovicas eques, ac sternit viætricibus armis.  
Vult pacem Spira, ac stipata Moguntia signis  
Obsidione suâ laxatur, vique patescunt  
Teprope, Sorberneima, viæ, cumque aggere cedunt,  
Quas valido præter Rhenus fluit amne, Tabernæ.  
Ingentes Gallæ reprimuntur milite vires,  
Atque ultra ripam votô victoria major  
Emicat, excutiturque armis Weertenus uterque  
Atque Savellorum Dux Gente, omnesque fugantur  
Turmæ Getziadæ, nec linquitur antè Brisaci  
Rupes, quâ toties fusò fit Pannone mitis,  
Consignante novam Rutâ Victore monetam  
Vnâ parte, aliâque suis insignibus arce.  
Atque notas illîc omnes quis dicere possit,  
Quas antiqua olim dederantque recentia gesta?  
Talis in armatis fortis Dea visa catervis,  
Adstebat tunc fida comes, quæ casibus exit  
Obvia, & anteuenit varias Prudentia cauissas,  
Sive ætas magnis atque experientia sternat  
Rebus iter, canis seu scripta annalibus acta  
Annis succurrant exæcta tempora primis,  
Non patiens quenquam dubiis confidere rerum,  
Nec temerè & nisi cum demum deposceret isthoc  
Officii & fidei tenor, à discrimine laudis  
Derivare siæ decus. Hinc infistere gnara  
Fas rectique vias, illinc avertere quicquid  
Offecisse bono queat, aut immittere nostræ  
Damna rei, & cladis nocuæ portare pericla.  
Religio pietasque viris, qui castra seqvuntur,  
Exemplum juxta reddebat pectore in illo,  
Et Gentilitium velut hoc decus ordine longò

Saxo.



Servassè Heroas monstrabat , pace sagóque  
Saxonas , indignata locum plerumque negari  
Inter castra sibi , vovensque ut lætior esse  
Æstimiò possit sestantum signa , Deumque  
Inficiat temtor Mezentius agmina nulla.  
Trajanos etiam comitas & Gratia præfert  
Vultibus his , seclique Tito præconia servat:  
Jamque videt , Martem Patrisque & Principis inter  
Nomina jucundis hærentem erroribus ire.

Hasque inter tales exorsa est mascula voces ,  
Ad turmas conversa virum: Fortissima bellò  
Pectora , qui terris animos , laurusque decusque  
Sufficitis , queis jam vigor & Mavortia dudum  
Perpetuò vis igne calet , quos fama sub astra  
Æthereasque vehit sedes , rebusque secundis  
Strenua mens involvit , Hic , Hic est advena celsus  
Formari cupiens lituosque interque phalangas  
Has . Turmis deinceps rector mandata datus  
Mandatis & voce regi non respuit ipse.  
Sangvine contingens Aquilas & fulmina belli  
Saxonas , exæquare parat virtutibus illa  
Nomina , cuncta ratus , si magnos pagina prisca  
Ignorare Duces possit , sibi condere Vestrum  
Exemplum normamque Ducum , quæ vertere in usus  
Arma remolitus ovat Proavumque labores.  
Non molles fluxere dies , aut marcida luxu  
Otia. Qui librata manus contorqueat hastam ,  
Et quâ lege ensim stringas , queis militet armis  
In decus , & pugnæ Mavors se credere possit ,  
Quâ nutu sonipes volet , & queis fistat habenis ,  
Quoque ora & faciles fleuantur in ordine gyri ,  
Illi omne fuit. Deinceps hæc cura manebit  
In mediis didicisse armis , quid negligat , & quid  
Mens metuat matuta Ducis , quæ caussa rebelles

Armet



Armet, & audaces frangat contraria motū,  
Res ubi, nunc vallis turmas concludere, poscat,  
Nunc castris, nunc cire hostem, nunc fallere sylvā,  
Nunc ordiri aciem, nunc sustentare labantem  
Auxiliō & præsente manu. Sibi pectore volvit  
Nomina magna poli Semen, belloque dicitur  
Auspiciō grandi, & vobīscum sopiet orbis  
Lites, inque illo pars inclinata recumbet  
Magna gereundarum rerum. Distincta tenebit  
Imperia in turmas, populoque soloque vacabit  
Non uni, & toties peregrinō gramine ductor  
Pascet equos, ccelique plagiis sua dividet arma.  
Huic tanto condet decoris monumenta Britannus,  
Viētricemque illinc celebrabit Svecia dextram,  
Illinc Hesperiae celebres porrectus in oras  
Immortale decus sumet, famamque perennem  
Nominis, & nunquam claros frustrabitur ausus  
Gallia, quin magnam virtutem tollet in hoste.  
Vt tempusque locusque ferent pugnabit, & omnis  
Terra Ducis fuerit surgentis idonea laudi,  
Agnoscetque Decus Belga & Germania, famæ  
Tota opus, immortale solum. Dux ipse præbit,  
Et quicquid turmas, illud bellator obire  
Communi cum forte volet. Fiducia causæ  
Summa erit & caput, & gliscet successibus ardor,  
Ductorisque ejus dein omnis iussa sequetur,  
Cui Patriæ non triste mori. Proh vindice tali  
Militiæ quam crescit honos, cum fracta pudore,  
Austis defecisse Ducis, mens militis imâ  
Seſe tollet humo quæcunque, nec illa Quirites  
Laus feriet tantum, atque inscribet nomina fastis,  
Queis Roma asserta est, aut quos per secula Grajūm  
Raptat fama Duces. Neque enim nunc gloria dispar  
Hos animos stimulat quoque, neclum sangvine virtus

M

S A.



SAXONIDIS est prisca minor, vel nostra fatiscit,  
Aut jacet illaudata suis Heroibus ætas.  
Colligit ista Ducas dea sic præconia celsi,  
Majorumque statim virtutem agnoscit in illo  
E tot conscriptus populis exercitus ore:  
Quin minus esse illi, nisi per vestigia tanta  
Sectetur, quæcunque decus depositit honorque  
Illorum. Et jam tunc solitis fornacibus instant  
Tela aptare magis Steropes, atque usibus illa  
Efformare virûm, quos duxor olim.  
Atque juvare Labor, præstoque Industria spondet  
Esse, Timorque hostis formidine perdere turmas,  
Optatisque volunt concurrere Prospera rebus.  
Declivesjam Phœbus equos, seniumque minantem  
Vexerat ad lances annum, atque exercitus omnis  
Juxta Hernbergiacas Aquilam defixerat oras,  
Et meditabatur jam jam relinquare campum,  
Cùm non stare locð, nec claudi limite gnara  
Mens ultra movet, & nil hoc renuente supremo  
Præside militiæ, ad Rhætorum cogitat urbes,  
Scaphusiamque ultra, sylvestriaque oppida tendit  
Bafileam, quâ fe Badense receperat illð  
Bellò Durlacûm decus. Ut proscenia famæ  
Jam tuncaudierant Druidæ, magnumque parari  
Saxoni credebant hoc Germine nomen in urbes  
Tot, clademque suam: mirati nobile pectus  
Isthoc lustrabant huc atque huc, semita que sit,  
Qui callesque ferant, aditumque per avia quærunt.  
Ac tigris catulo velut infidiata leonis,  
Instat passa famem, si fortè cubilibus iret  
Magna foras proles. Illa aspera & improba damna  
Volvit, sed collecta isthæc frustratur edendi  
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces:  
Haut aliter Gallo, tempusque locumque tuenti,

Ignes.



Ignescunt animi & cupidus dolor ossibus hæret,  
Qua tentet ratione aditus. Stant cuncta parata  
Atque viatorem jamdudum invadere magnum  
Mens agitat, seſe & solantur imagine præda.

Aſt illi patuere doli, nudæque ſuident  
Inſidiæ revocare viam: Rhenique reverſus  
Ulteriore orā venit ad Tubingidos illum  
Oſtro muſarum ſacrum trabeisque recessum,  
Tam preeſente ſibi & tam tunc ſpirante ſecundā  
Sorte, ut ſoilvendis inter mox eſſe daretur  
Caſtris, atque hyberna tui diſponere cuncta.

His verò exactis totaque coronide campi,  
Dein ſpatiumq; aliquamq; moram dat honoribus illis,  
Quos Würtenbergas inter ſuprema foſores  
Valle ſuā, laribusque aulæ Stutgardia cultis,  
Et nimium ſurgens ſedes Mariana propinquis  
Montibus, Herbiſpoli Mœnoque vidente, ferebat  
In patrias redeunti oras, ad debita magno  
Culmina Avo, nomenque novum & palatia Pacis.

Nec tamen illa diu noverunt peſtora & ipſis  
His maniſſe locis, quin ceu cupit uſque rotari  
Æther in ſphæris, & lucida fidera motu  
Continuè raptare ſuō: ſic oderat ille  
Celo cognatus requiemque atque otia ſemper,  
Ac nunquam voluit non in ſpectacula mitti  
Orbis, quaque patet tellus, ac totus avebat  
Hyberno Aufonias jam viſere fidere terras.  
Et ſibi Zorniadæ Gentis placet addere Achatem,  
Norisque ultra oras, & quā fe Vinda Lycusque  
Junctis volvit aquis, Romanaque norma Tridentum  
Tollitur, ad Venetam mediis in fluctibus urbem  
Et regnatrici prælufſtres murice Marci  
Nereidumque domus adit, & ſine mœnibus arces  
Naturā famulante truci, cœloque fretoque,

Cūm



Cùm spectacula parat populis, & adulterat arte  
Ora Dies. Evidem thyasius Protique labores,  
Et variâ obnuptus larvâ ad spectacula vultus  
Non mora longa illi. Sed enim commercia Regis  
Augusti, qui tunc Princeps erat ipse Iuventæ,  
Nobiliumque tenet favor ac veneratio civis,  
Et quicquid juvat in Venetis memorabile stagnis:  
Turris in alta patens, scalâ superabilis omnes  
Deficiente gradus, construetum marmore templum  
Arteque Mosicâ, Bizantia gaza, coronæ  
Cyprique & Cretæ, quicquid respublica adivit  
Besfarione hæres, aut ars Titiana reliquit,  
Aut non invidit seclis annosâ vetustas.  
Centeni pontes, & qui supereminet omnes  
Miraclum, magnumque fretum complectitur arcu.  
Curiaque & sedes Ducis, ac custodia tota  
Armorum, Steropumque domus, nautæque labores.  
Noscere tot Proceres, Venetis quos publicus excit  
Et communis honos, habitantesque ordine longo  
Theramenes, Nicias, complexaque pectora eodem  
Ingeniò laurus, Mavortem, rostra, Camenæ:  
Quæ comitentur opes Gentem, quam divite manent  
Cornu tot census, quot vestigalia rebus  
Munita ferant, quis totus clasibus ordo  
Nobilium variet gradibusque, quis omnis ubique  
Finis militæ, quænam belloque togaque  
Huic facies, & quod veniant stipendia fonte?  
Cui summan credant, tumidis si bella parantur  
Fluctibus, & totum confternunt montibus æquor,  
Et cui, cum campis hosti pugnatur apertis,  
Quamque hic præ reliquis capiantur Teutone Marte.  
Quæ sint Primatum curæ, cujusque forisve  
Affixata domique negotia in ordine rerum,  
Multijugisque vices in partibus, omnia septa.

Nil



Nil non maiestate sui Ducas? Adde quod isto  
Tempore defuncti Morosini conditur ingens  
Vmbra, latusque suum simul hoc respublica nuda  
Remigio fasces legit, & Valieria surgit  
Purpura, mox illis Patribus nova gloria Gentis.

Imperiò neque enim longum viduata manere  
Res Venetum finitur. Quin ductis fortibus urna  
Ad numerum, quem stant penes heic suffragia summa,  
Conciliis arbitrium, constansque assertio, nulla  
Jam superant adeò tunc intervalla dierum,  
Quo minus accipiat fasces foliumque capessat,  
Quod nisi velit, & se successore tueri,  
Ut ne interregnò durante negotia cessent,  
Queis alias tunc non locus est in corpore totò.

Quare morte sagò comite & Præcone reteatā  
Ferali summæ rerum, & jam turribus ære  
Omnibus auditò, deferti cernere Marci  
Aream erat quoque tunc atris nigreccere circùm  
Aulæis, statuique torum penetralibus altis,  
Effigiemque super, gladiumque in pectore poni,  
Palliaque & juxta mitram & calcaria versa,  
Funeribus Divum spectacula sveta Regentum.  
Exuviaeque adyto mandantur & ire senatus  
Exequias totus solitò parat omne in ostro,  
Quod regimen foliumque mori nequit, atque litatur  
Voce piâ, tacitæque faces castrumque dolentum  
Ceditur arbitrio populi & diducitur omne.

Et post ista novos fasces mox machina tollit  
Ducentis subnixa humeris, trabeaque refulget  
Dux mitraque sua. Circum non eminent unus  
Vnio, avellanæ par quique, & grandior ista  
Fronte Pyropus ineft, imitatus fulgura, & ipsi  
Summo stans Adamas apici decus omnia vincit  
Ardenti pretiosa comâ. Sedet ille, suamque

N

Vcl



Vel sobolem, vel quem propiori sangvine cunque  
Tunc habet à tergo stantem, atque è lancibus auro  
Argentoque simul gravibus jacit ubere nimbō  
Sub primum aspeclum turbis utrumque metallum,  
Area dum circum Marci fert tota: quotannis  
Antiquò deinceps sibi desponturus honore  
Thethyn & Adriacum pelagus, qvùm viderit axe  
Phœbus cum Geminis soliō atque in puppe carinæ,  
Quam Bucentaurum dicunt, mediumque trecentos  
Primates inter, trabeis & murice Marci  
Insignes, resonante simul connubia nuptæ,  
Jam tolerare jugum sveræ atque domestica regna,  
Carmine, dum Venetūm Majestas explicat istā  
Re, sibi quod dudum jus vendicat æquore Ionō.

Vtque dies aliquot sic irant, pronaque venti  
Vela ciente, facilesque invitant carbasa puppes,  
Altera deferitur Tyrus atque Antissa Pharosque  
Inclyta, Massiliumque domus, petiturque dicata  
Ex longo musis Italis, ac condita quondam  
Cæsari Teodosio, & Jove načta, Bononia, lucem  
Ausoniō deinceps, ac divitis ubere glebæ:  
Dein Toscana Venus Florentia, bisque duobus  
Pontibus, & vinclis ipsis pomposior Arnus.  
Hic aula est meditata decus, sed Saxoni celso  
Diffimulare placet sese, licet altus Hetruscum  
Dux nil defecitus fuerit, nil maxima Princeps  
Officii, præter strepitūs jam cetera dantes  
Omnia, quæ poscunt ea nomina. Roma patebat  
Jam propior, septemque cacumina grandia magnæ  
Vrbis, & Ausonidum palatia celsa Quiritum.

Tunc mandata ferens sua Lichtenstenius, ille  
Ore potens Aquilæ Nestor, Latique Senatus  
Germanum nomen Goes innotuit, ambo  
Conciliatores multorum ex ordine Patrum

Pur.



Purpureò, & quitunc aderant cominusque proculq;  
Hic Oratorum, quin Præfulis ipsius aulæ  
Tarpeiae, qui, cùm studio gestire videndi  
Illum, alias præter, Borrum est compertus, ad ista  
Fecerat ora viam, castellique ostia mandat  
Pandere, Tyrrheni Patris munimina clara.  
Scilicet ut non vult capit is nisi tradere Cæsar  
Incolumem, clausum servabat corpora celsa  
Arx atque Angelico deductum nomine nomen  
His oris, totum sed diffundebat in orbem  
Fama favens, & quâ lese memorabile nomen  
Explicat, ac Hygiea dies, & nomina letō  
Proxima restaurat, spoliumque avertit Averno.  
Ingresso doctas audire & reddere voces  
Est amor, atque illis animis illabitur omne,  
Cujuscunque modi formæque est quæstio nata,  
Disquisitori plaudente Machaone magno.

Provehitur deinceps Siculæque acceſſerat urbis  
Mœnia, Parthenopesque lares (sic Napolis olim  
Priscis dicta fuit) ditis penetralia terræ,  
Aream opum, cornu potumque escamque Deorum  
Stillans, & quicquid rerum est: mox longius actus,  
Quâ formidatis se fumis Vesvius effert  
Mugitor. Non tunc furit is candente favilla  
Flammarumque globis, aut viscera vulsa vomebat;  
Sed modicus tunc æstus erat, Cyclopsque quietus,  
Nec motu laterum circum turbaverat agros,  
Principis ut tanti decus & vestigia vidit,  
Atque Italìs quandam victorem sensit in oris.

Ergo caput coelo miscet, seque inférit auræ,  
Atque jugum magnum post se tunc conspicit alti,  
Ac jam naturæ proprius miracula discit.  
Indeque Puteolos Samiūm Bajanaque venit  
Littora, reliquiasque virtùm & monumenta priorum

In-

Intuitus dat vela retrò , nec præterit arces  
Cajetæ , & scissam rupem, portumque minantem  
Castellis utrumque latus. Mox moenia Romæ  
Accipiunt reducem , & septem vertentibus illa  
Solibus intervalla tenent & tempora sacra,  
Dum finem officiis dederant & ritibus omnem.

Illo qui fit in ore decor , quāmque indolis annos  
Exsuperet vigor, Imperiique effulcat Achilles  
His oculis, ferrò & face dein ruiturus in hostes,  
Vt decus is Gentis, Fratris populique voluptas,  
Cūm Lichtenstenius Princeps edisserit aulæ  
Ausoniæ: Latius Præsul tam flagrat amore  
Cernendi celsum Caput , ut si nolit adire  
Romanum in morem, pro libertate tenorem  
Definire modumque daret, quō vellet haberi.  
At declinati jam noverat ille favoris  
Caussas, quæque emergebant obstacula versat  
Plurima tunc animo. Sed ut altera castra subire  
Tempus erat, patulique Jovis se credere signis,  
Accelerabat iter, nec non confinia præter  
Bellæ urbis , Luccæque operas, musasque Pisarum  
Liburnumque potens, Neptuniaque oppida multa  
Jam vectus, Genuam famâ tectisque superbam  
Ingreditur , mediis in montibus illius oræ  
Evasus fato subitò , cùm cederet hinnus  
Vnum calle pedem, totò cum pondere præcepse  
Rupe, superciliis in tartara cæca minante,  
Et jam tunc tractum foret irreparabile damnum  
(Horresco referens) nî gens devota per orbem  
Officiis hominum, manibus simul ipsa subiissent,  
Ultima præsentemque necem defendere Divò.  
Ecce autem Rector Genuæ solenne vocarat  
Concilium, rebus magnis suffragia cuncta  
Sollicitans. Datur hic quō Præside quoque Senatu

Per.



Perstet tota salus, quisque hæc respublica vivat,  
Cernere, quoque gradu sese lux altior acta  
Tollat, & ut, Doriā post tot jam fata vicesque  
Vindice, libertas servet sibi publica vultum,  
Ignoretque alios ex illo tempore fasces,  
Primatum suffulta manu, melioreque parte,  
Alternante Ducem post una biennia semper.

Isthac, non animo, dimissum Grandibus urbe  
Excipit augusto Taurinum nobile vallo.  
Hic nullum vulgare videt, spectaculaque præbet  
Regia, Carignana domus, tot culmina longo  
Ordine, sese inter dubiam facientia palmam:  
Quantum tam variis Heroum debita terris  
Progenies, illo captans sub climate docta  
Otia, & impendens imbellis artibus annos,  
Foeneret huic Veneri, & quantam nascentibus illa  
Venturo segetem condat virtutibus ævo:  
Omnes ante comis civis subit, atque priorum  
Semideum quicquid magni surrexit in annis,  
Sive novis deinceps exauxit Amadeus ausis.  
Verum animam magnam potuit magis omnibus unum  
Posthabitis juvisse, Vicaria nomina curæ  
Perpetua terris Italæ, Cyprique beatæ  
Regem, sub primos aditus, perque Estia eire  
Ora, sibi fvetos manifestior hospes ab Aula  
Personaque velit dignos assumere honores.

Vt pauci tenuere dies, Aulæque favores  
Gratiisque ipsa loci, parat hinc succedere magnis  
Moenibus Insubrium, Ticinumque inter & Addam.  
Brandenburgiacæ quæ tunc simul obtigit hospes  
Spes celebrata Domus & grandi sidere fulsit,  
Digna Iuventutis confortia Principis alti.  
Sed cùm Par celsum trabeati culmina Pindi  
Cogitat & musam Taurinam, advertitur Ille

O

Effe



Essē frnquens comes annorumque animique Lovigno  
Maturo ienio, atque illō monstrante tueri  
Et præsens oculis omni committere parte  
Castellum, & circūm, tot propugnacula septa  
Foslis profundaque voragine. Scilicet ille  
Gaudebat Mavors, quoties ea femina sensit  
Indole magnorum Iuvenum, & quæ non capit ætas  
Pectora, nascentique quibus tunc cunque favebat  
Heroi officiis, atque ignibus addidit ignes.

Post Mediolanum spatiū Brunonia claustra,  
Claustra, sed ingenti magis apta palatia regi  
Lustrat, & immanes montes, quos desuper autor  
Imposuit sectæ: laqueos, æternaque vincla,  
Cilicum & duros habitūs, expertia vocis  
Guttura, & in normam stupet haud deleibile crimen.

Tota paludosis exsurgit Mantua circum  
Oris, non foslā aut vallō, sed moenibus auctā,  
Quacunque intervalla patent, & finibus ingens  
Distrahitur, frustra nuper defensa rebellis.  
Huc etiam fertur, quóve hæc urbs robora sumit  
Omnia, castellum volvit: post illaque quicquid  
Itala muniti tellus habet, ultima jamque  
Ad fines tandem duxit Verona, videri  
Digna tot ante alias, non exsuperabilis arcis,  
Et monumentorum, struētique utrinque theatri.

Solibus hīc demum Germanis æthera mutat  
Et natura dies, quos lætis duxerat atris  
Continuat reduci, morosaque pellit ubique  
Sidera. Naiadum choreæ, vicinaque Fauni  
Numina profiliunt, & lætæ sospire musæ  
Principe Teutonicā resonant ea nomina terrā.

Continuatur iter spumans quā labitur Oenus  
Monachiique decus tenet, & tot fercula rerum  
Pulcrarum, ac fædes Ducas ac penetralia Bojī.

Lin-



Linquitur Isaridum domus, & vetus illa Tiberi  
Vrbs legitur, reliquumq; solum, Colophonaq; Gotha  
Imponit rursus longinqua per Itala calli.

Post ea totus in hoc, ut Brabantina sequatur  
Princeps castra manusque suas. Res emigrat ante  
Ipse anticipatque viam. Neque multa moratus  
Ipse etiam sequitur, progressus Frâncidos ultra  
Deinde vadum: Donec Lovanis agmina campis  
Invenit & tot signa virûm, dispositaque castra  
Jam sub rege suo. Quin mox novus advena regem  
Aggressus, quas tunc partes, quos castralabores  
Esse suos dederint sparsus jam pulvere primò  
Poscit, quaque, ait, Ipse adsit, se velle moneri  
Exemplò, quod, si superent, fortissima vellent  
Pectora seclorum. Mox pristina gratia Regis  
Annuit, isque equitum summo per cuncta magistro  
Castra salutatô, Senni, dirimentis utramque  
Athlonam, dominâ, graditur tot millia ductor  
Inter, commissâmque sibi regit ordine turmam,  
Deficiens nulli officio prout arma locusque,  
Et tempus poscit, promtus nunc stare phalange  
Et nunc ire suâ. Quin si suprema potestas  
Depositum tantum majores vellet in usus  
Servare, atque alii partes dare, maluit ipse  
Præsens esse suæ manui, & tenuisse per omnes  
Hunc morem casus, & tota pericula belli.

Inter Flandrinas caput Altenarda sorores  
Effert, & mediâ Scaldis perlabitur amne,  
Arce minans validâ cunctæ supereminus oræ.  
Hic Valettiadæ positas incessere turmas  
WILHELMO Regi visum, fertque impetus ire  
In pugnam, propriusque hostis concurrere turmis.  
Et jam pulsâ gemit, peditumque equitumque meatu  
Terra, sed ex alto magnis Aquilonibus imber

Actus,



Actus, & asfiduæ coeli fecere ruinæ;  
Confilium minus hoc procederet, illaque metâ  
Tota resultarent conamina. Tu labor ipse  
Teftis ades, pro re communi Saxona cuncta  
Posse pati, & nullis fæte submittere duris.  
Namque (fatebor enim) jam tunc & ductor & idem  
Miles erat, quoties gelidas seu ducere noctes  
Esfet opus, five excubias, pluviasque minasque  
Inter ferre diem. Nec tanta incendia læva  
Gallorum, & diri tonitrûs in euntia præter  
Agnina erant, quin hæc discrimine vicerit amplò  
Contemtor, præsente animô, vitaque necisque.  
Interea ad Deinfam tentoria fixa manebant  
Castrorum, donec Mavors non amplius anno  
Fideret, atque esfet finis considere campô.  
Exutis illis castris, sub fidere brumæ  
Lippani partes Comitis sublimis obibat,  
Per menses aliquot legionum functus habenis.  
Bojusque & Princeps Vadanus Dique Brabantum  
Omnes hac vertere oculos, quecunque legentes  
Virtutum & pulcri monumenta in Principe tantô.  
Sic brumalis hyems sine motibus ibat;  
At dum vere madent terræ & pluvialibus Austris  
Funditur humor agro, nive jam tellure solutâ,  
Excuditur certô cursu, Fuldaque tumentis  
Fluctibus Automedon moderator inerrat, & undô  
Vix aberat passu supremæ linea vitæ.  
Sed quoque tunc monstrabat iter Deus ipse salutis  
Objecitu pontis, tumidusque illiserat amnis  
Huic lateri, quod currus equusque tenacius hæsit,  
Cunctis fospitibus. Solantem numine fata  
Isthæc præsenti parilis fortuna secuta est  
Hoc annô, nec finis erat post ista laborum:  
Namque profecturus celso cum FRATRE per oras

Rudol-



Rudolphopoleos, quā semita dicit ad urbem  
Fridericiadūm fatō: jam sede PARENTIS  
Angustæ claram, tūb prima crepuscula noctis  
Excedente rotā, Princeps de littore Salæ  
Labitur, & mersum ruptā vix expedit undā  
Vorticibusque caput, post tantā pericula semper  
Numinis in laudes totus diffusus & hymnos.

Interea coeunt vires, atque agmina rursus  
Gentibus est junxisse labor, cogitque phalangas  
Commissasque excit turmas, formidine spretā,  
Princeps, seque etiam Mavorti commodat ipse.  
Cumque anno medio protervi Villarus ausi  
Dux & Mainiades consors feralia juxta  
Pondera, & abdentes incendia tristia ventres  
In Bruxellarum jačtarent moenia, savoque  
Igne laceſſentes & crebris ietibus illas  
Totō intentarent coelō trepidante fragores,  
Princeps tunc totum est (namque iſthuc ire potestas  
Huic data Rege fuit) tuitus motu sine, quamvis  
Creditur aspiciens Phoebus cēſſisse retrorsum,  
Prorūſ ſic cunctis censentibus, eſſe futurum,  
Vt Rex abſcedat Namurci finibus, illuc  
Subſidio veniens. Evidem compleverat oras  
Terror, nigrantesque agitans formidine pennas  
Fama tot externas tremefecerat undique Gentes;  
At non WILHELMI virtus ſublimis eodem  
Fraetametu: Neq; enim mora, diffundebat in onnes  
Se partes Rex prima ſalut. Vicina tuetur  
Præſidiis, aditusque omnes obſfirmat ad urbem.  
Quisque ſuo mandata loco, pro robore munus  
Quisque ſuum & jufū ſacit, & Tibi, maxime Princeps,  
Tunc etiam incaluit virtus, & facta retractans  
Majorum primis annis, tua signa locare  
Personamque tuam viſus laudemque tueri.

P

Na-

Namurcum postquam cernit, constantia quæ sit  
Regis, ut indocilis fleti conamine coeptō.  
Non ausus contrā, non centum millia posse;  
Non vim, non fraudes hac obsidione movere  
Intrepidum: tradit se sequē suumque WILHELMO,  
Et portæ celſæque patent victoribus arcē  
Caſtraque, & antiquæ decedunt partibus iræ.  
Mox etiam ſiluere tubæ, totoque recessit  
Mars campo, ac poſtis cunctis requievit ab armis,  
Ac Bruxellarum eſt inter pars ardua Princeps  
Præſidia, illorumque decus per tempora brumæ.

Aureis nunc aries referat̄ cornibus annum,  
Et juga diffusis nudari coepit̄ pruinis,  
Cūm Servestino connubia jungeret Ostro  
Ruta potens, coepitque ſibi ſperare nepotes  
Dignos FRIDRICO Thuringia. Junxit olores  
Ipsa Venus, consanguineasque impleverat aulas  
Nuncia, & externas oras, ac longius acta  
Bruxellas, furii & adhuc ex igne calentes  
Gallorum, venit, ad ſævi ſpectacula Martis,  
Nilque enſes verita & galeas, decurrere mites  
Hos, inquit, concede tibi, Dux inclyte, foles,  
Id tempus belli veniam, & rellinquere paulum  
Ingenium Martis poſcit moresque feveros.  
Festior enī! Teuto fremit, ac connubia FRATRIS  
Quisque ſuum putat eſſe bonum, & per compita civis  
Hæc mandat ſeclis venientibus, iſlaque plebem  
Oblectat, mentemque ferit res iſta deorum.  
Dixerat. Ille parat propior ſolemnibus eſſe  
Arasque ad Paphias Servestæ ferre precesque  
Votaque, Anhaltinisque infert ſua numina festis,  
Utque jubebat amor, celſos properare nepotes  
Hortatur Nuptos & poſt diſpendia belli  
Totque obitus Divūm fatum reparare PARENTEM

Dis-



Disque fatam peperisse Deos, qui nomina clari  
Alternas operas Martisque & Apollinis ævô  
Continuent nobis veniente, domique forisque  
Priscis auspiciis. At fvetus ad arma sagumque  
Plus Dux quam requiem, lætis his aspera præfert,  
Nec cognatus amor tenet, ut sic summa requirit  
Belli, & jam partes Teneræ deposit ad Athum  
Officium. Quare curæ Regalis Achates  
Magnorumque operum consors bellique laborum  
Esse iterum properat, frutusque satellite rerum  
Commertanarum subiit tentoria campô.  
Hicque iterum secessibus extulit altis,  
Et grandi nil non quoque tunc dedit inde dignum,  
In calus omnes vigil, omnes acer in actus.

Jamque Aquilas tempus, sedes & visere magni  
Cæfaris, imperii murum, mundique Viennas  
Congressum, & rerum Dñs innotescere summis.  
At qui tunc vultus, quæ celsum fidera nomen  
Irradiant, & quanta Duci se limina pandunt?

Ipse favet domitor mundi LEOPOLDVS, & ingens  
Arbiter Europæ, belli pacisque supremus  
Aflerter, seris seclis memorabile nomen,  
Tot latè regnis, Germanorumque superbum  
Majestate caput, cuius victoria currus  
Infedit, qui jura focis, agrumque colono  
Restituit toties, placatis undique terris.

Cui nunc est inter Divos, exemplaque magna  
Heroum locus, ut post funera cesit Orion  
Alcidesque viâ venienti, & Gorgona monstri  
Submisit domitor Perseus: quique ætheris illa  
Orâ prospectans, regnô sublimior omni,  
Vindice JOSEPHO victore, suprema tenere  
Imperium notat, & pacem demissius hostem  
Poscere, postque urbes fusas succumbere regna.

Nec



Nec minus illa Jovis Nemetum soror, omne faulto  
Austriacis annexa toris, Berecynthia seſe  
Altera dat placidam: quæcunque in matribus unquam  
Ficta olim magna pompæ, & præconibus aucta  
Grandiloquis, transgressa: videns quacunque tuerit  
Regna, quibus peperit munimina grandia lati  
Imperii, fortes arces, turresque salutis.

Nominis ipſe ſui Cæſar JOSEPHVS, & orbis  
Tunc Rex Aufonii, per quem tot tantaque ſceptris  
Accedunt, Germane, tuis, longoque triumphas  
Crdine, ſi magnis ſeſe subducere rebus  
Vellet, ſolarique animos, accire jubebat  
Principe Solmiae crebrum, & dedit omnibus Illi  
Lætis poſſe frui. Qualis vix obtigit ulli  
Gratia, nî fuerit multum jam cognitus Aulâ.  
Omnis Majestas pronis comitata regreſſum  
Vocibus, & multi dedit argumenta favoris,  
Magna Parens feorſim talique coronide: Deinceps  
Principis ingentis fato vitæque dicare  
Velle preces memorem & ſtatores vota ſalutis.

Illis temporibus Javarinus Epifcopus, at nunc  
Tarpeio propiora gerens ſibi nomina Patri.  
Purpura, cui Saxo Dux condit ſtemma gentusque  
Bullatique Atavi, celebresque annalib[us] enies,  
Omnis in hoc fuerat, magnis ſtatione locaret  
Auspiciis, aulæque vices & munia ferret  
Personamque illi. Nec patua relata fuere  
Illi confilia, at ſtudiis obſtacula propter  
Casfis, & metæ non attingentibus oram.  
Ut tamen egregiis ne debita præmia factis  
Defint, ſed precium Cæſar decernat alumno  
Bellonæ tanto, caſtreñes inter honores  
Officiique gradus, dat proxima nomina ſummis.  
Sub reditumjam prona iterum capit arma Iuventus,

Gal-



Gallorumque animo repetens molimina Rheni  
Ad ripas, grandis cernit proscenia famæ,  
Et precium exactis audet sperare triumphis.  
Tuque patens celso Spanhemis vertice terris,  
Ebernburga domus, focii contraria bellis,  
Posceris, extremis mox devastanda ruinis.  
Stant turre, seque opponiunt aggere valla,  
Iniectaque viis fossæ. Sed tenditur illis  
Non unum Mavortis opus densaque locantur  
Excubiae. Sollers instat tot nobilis ausis  
Tingius, atque urget successus, tempora captans  
Damnorum. Atque illic Divi se pectora totum  
Principis agnoscit Makedo, totusque Metellus  
In virtute suâ. Nondum pax Hungara plenè  
Tollere læta caput poterat, melioraque saltim  
Divulso Superimonstrabant eminus orbi,  
Cùm se Gotha potens Onoldinumque ligaret  
Ostrum, & concordi coiit Dux Francidosoræ  
In socia arma Aquilæ. Sed quis tunc zelus agenti  
Illam rem fuerit Divo, sunt agmina testes,  
Quotquot contraxit, sociisque adjunxerat armis.  
Omnes dispositæ ad leges & jusla severi  
Ordinis incedunt turmæ, quâ semita dicit  
Bojemûm latos per agros urbesque, Viennam  
Versus, ad Hungaricas terras. Crescuntque sub ipso  
Hoc animi ductore virûm, & calcaribus iectus  
Nares ignescit sonipes, atque arva pedestres  
Consternunt latè cunei, Turcoque nocendi  
Est communis amor. Sed ut ætas viderat omnis  
Sub galeis illum, scideratque labore, fit ecce  
Opportuna domus Caroli, & quam sulphure coctam  
In Cubitus offert gremiis Boemia, Nympha.  
Illos credibile est sensisse negotia fontes,  
Atque Duci promtè magis aspersisse calores,

Q

Quin,



Quin, quod tunc gestum est, animam juvasse per illam,  
Difficili incolumem terrâ sub numine prono,  
Pristina forti iterum cùm junxit munia Bibræ.

Interea dum porta ferox mitescere coepit  
Cladibus, atque æquâ tandem sub lege pacisci  
Cælareæ faciles Aquilæ, suffragia legit  
Pacis Carlwitium, Varadino proxima Petri  
Nomina, crudelis nuper ludibria Martis;  
Nunc excita iterum, ne dein oblia tantæ  
Quem possint subiisse rei, & queat ipsa perire.

Ille avidus, pacis quô constet scena paratu,  
Castris digreditur, tepidis sidentibus iris  
Paulatim, & Cynearum inter confortia magna  
Imperii lati gradiens, pacisque sequestræ  
Albionis, mediumque una se Cæsara Belgæ  
Inter & Ottomanos, Saracenaque semina dantis,  
Turcis excipitur placidè, gaudetque tuendò  
Barbaries, tantique agnoscit Principis ora.  
Mox etiam interpres variæ facundia mundi  
Germanis Arabes misceens Italumque, nec ullis  
Stare finens spatiis Cordatus Turcica verba  
Vocibus Oenotriis affatur. Jamque ferebant  
Rerum materias fegetemque idiomate tali  
Sese inter, cùm pulchra Ducem tentoria celsum  
Cernunt insolitis seorsim considere mensis,  
Et terrâ stratâ de móre tapetibus, arte  
Cultis Attalicâ, Panchæaque sumere pocula  
Mista fabâ, Eoasque dapes, & ad arma reverti.

Jamque inter Turcos lites & Cælara cessant  
Castraque per campos Mavortia signa revellunt,  
Imperiique petit sedem, cultæque Viennæ  
Moenia Dux rursum. Quâ fistere copia sese  
Vultus ante datur toties atque ora supremi  
Orbis Christiani capitîs, miscereque lætum

Scenæ



Scenæ , cùm nemo, quod erat, fore vellet in aula,  
Atque alii mores habitusque statusque placebant  
Causâ animi, non tunc Moscò patuisse volente  
Principe, post dominas alias ut viserat ille  
Sedem Cæsaream, superi sub limite fecli:  
Omnia Germano similis, musasque diesque  
Atque annum , & belli studium Martisque tenorem  
Esse volens , præter Genium moreinque priorum.  
Hinc per Bojemūmque redux & Misnidos oras  
Ingreditur lætis Atavæ palatia sedis  
Civibus. At fractum caput hoc tot casibus & tot  
Ductibus officiisque suis, quð fospite terræ  
Sperabant patriæ, sibi Cæsar & Anglia magna  
Germanumque solum placuit, ne fidera terris  
Depositî festina sui , contraria nobis  
Cum damno repeatant oxyüs: cui foenerat ipsi  
Immensum jubar , Aula rata est, fore robora thermis  
Restauranda iterum, medicaque valentibus undâ  
Fontibus. Ergo moræ nil est, & operta renidet  
Auxiliò natura suò, Carolinaque vena  
Visque placet repetita magis. Nec vincere se tunc  
Ignea mens poterat, cùm passim temporat elis  
Mitescunt positis, & Riwicenia pacta  
Jam claudunt belli portas sine militis usu,  
Non fas esse sibi ducens, si climatis esset  
Vnius civis, non totius incola mundi.  
Quare constituit Gallos adiisse, virisque  
Tot rebusque illustre solum, & dum Lipsia Patrem  
Rectoremque videt, propiori numine Regis  
Asfatuque frui, & solitum de more valere  
Dicere. Post isthæc ultrà stat pergere coeptum  
Atque oris Batavis allabi puppibus Anglo,  
Vt de consiliis & pectore conficius esset  
Rex iterum, & renovet veteres hæc ansa favores:

In



In Syrtes sed enim & suprema pericula mittit  
Vis hyemis fævæ, & magnò cum murmure surgens  
Tempestas, quam tunc conscenderat ille, carinam,  
Illiditque vadis, & dorso figit arenæ.

Causa erat hoc aliquanta moræ, dum tollitur antris  
Æolus oppositis, & quos peperere labores  
Frates, ipse juvat subitus, proramque latebris  
Cæcis evolvit, vinclisque & compede laxat.  
Gallorum inde citò sospes fubit oftia velò,  
Et Regem primum præter conspexit euntem,  
Ceu priscus fert mos longusque adeuntibus usus,  
Aureliâ faciente viam. Et dein copia multa  
Aulam visendi fuit, hic discrimine Regi  
Aëto non uno semper, fruitoque favorum  
Cunctorum numeris, quos Dìs dant Lilia nostris.

At nondum requies reduci. Quin aufspice Fratre  
Celsò, Svedorum metantem castra Polonus  
Inter adire parat Regem, quem respicit orbis  
Haec tenus, & celebrat Mars, & Pax laudat inermem,  
Nomen Pellæi redivivum. Duxerat illum  
Tunc via, quâ se fœsi grandi jam tollit Atlante  
Imperii, celebris cultu & munimine multò  
Hannovera, & videt hic, summò quô Princeps Teuto  
Ad Rhenum Mars arma gerat, ne Gallicus ultra  
Fines concutiat furor, atque hac explicet iras,  
Liberque Imperio noceat, Bojunque pudorem  
Gens ferat ulteriùs frameis affveta Suevis.

Hac etiam egressus Princeps spatiösior aulā  
In famam, postquam virtutibus ante Suorum  
Jam claris, tunc ipse suis coepit haberi.  
Nec decus & pariles laudes non foenerat illi  
Cella, videns metas solitas transcendere posse  
Deinde manente sibi vitâ, atque in Princepe tantò  
Majorum grandes titulos & præmia sperat.

Dein.



Deinceps Harburgum contra, trans Albidos undam  
Sedes accedit, portu mensisque celebres  
Hammonidum, & tritas terras Batavasque revisit  
Oras. Vnde redux Severina palatia, totò  
Obvia complexu, petit, & jam scandere navim  
Barthiacò portu placet, ac felicibus aëta  
Austris Vindaviò tandem stat littore puppis.  
Inde suprema petit Sveonum mox castra, salutans  
Ante omnes, cui tunc capiti se bellica cuncta  
Crediderant, nomen terris memorabile, summum  
Gottorpà de Gente Duce. Fors limina præter  
Isthæc ibat equò Rex, & fit copia præsens,  
Sistere sese illi coram, coramque sub ora  
Reddere, quas dederat sibi tunc perfeite WILHELMVS,  
Quæque sibi fuerant forsan pars magna, tabellas.  
Legerat acceptas Rex, atque accenderat ipse  
Indolis asperitus, vocesque hoc Principe dignæ,  
Ingeniumque animos penetrans, ut teste carere  
Tantò Rege queat, sese virtute vel una  
Mox ostensurus. Neque enim tunc ille moratus  
Multa, sed indiciis pronis manifestat, ut ipsi  
In pretio magno sibi sit, cum regia mensa  
Atque domus & tecta Duci communia fiunt  
Atque satellitio, tanto præstante Monarchâ.

Nec gentem affectum tunc arbitrere fecutam  
Regis ad exemplum tantum, quin pectora cuncta  
Atque animos illos sibi conciliaverat Ipse,  
Sexcentas præter Charites, idiomate Svedô,  
Quò poterat cunctorum audire & reddere voces,  
Lappionique loqui, & duro vernacula Finno.

Post ea mox litui cessabant, bellaque passim  
Bruma coercedat, glacialibus aspera ventis,  
Cum spatiū proni dedit indulgentia Regis  
Aulæque & regni Sveonum tentare recessus,

R

Et

Et quicquid latè paret telluris obire.  
Non humus usta gelu rigidò, & quà langvidus Auster  
Ejusdemque tepor fessus, vix fidere venit  
Æstivò, mediis hybernis solibus ipsis  
Territat hos animos, nec, lucida brachia nondum  
Mitior Arctophylax, nec, pergens frigora zona,  
Principe tam cupidò, qui non effoeminat, axis.

Proximus à Jano dederat contingere matrem  
Livonum, & frustrà quassas asilutibus arces  
Moscorum toties, atque hinc quoque lumina regni  
Perlustrare oculis, Pernavia moenia, tota  
Musarum Cererisque forum, moderamine quandam  
Excussam veteri Nervam, Revalamque reflexit.  
Quà venit ille, sonant ter circum gaudia civis  
Publica, displosis complentibus aëra flammis,  
Holpitiumque patet, nec deerat caussa morandi.

Jamque polo facili surgens à puppibus aura  
Riserat, affulgetque plagis optata carinæ  
Illis: Ferre parant ad remos, qualibus omnem  
Infructam decet esse ratem, stipataque res est  
Ingens, & quicquid victus depositit & usus  
Æquore. Quique vices regis nomenque tuetur  
Ipse loci præses, Gardiani sanguinis hæres  
Jam discessorum multò compellat honore:

Inlyte Dux Saxo, nulli virtute secunde  
Majorum, quorum egregiis succesibus ille  
Exsuperat Gustavus adhuc, atque orbis utrumque  
Axem laude ferit, te nostra cacumine senò  
Holmia mox salvum capiat. Quà quemque videbis  
Natum Marte tuo, atque illis illaberis oris,  
Quas ferri commendat amor, quies regula vita  
Militia est. Omnes undis armantur & astris  
Acrius, & similes animos, afflataque corda  
Gestant Parrhasio. Specimenque & forma virorum

Con-



Conveniens dignusque istò est pro cardine vultus  
Membrorumque vigor. Currùs, æaria, signa  
Illic, grana, rates, rigidæ mucronibus hastæ,  
Pilaque pugnantumque faces, & quicquid in hostem  
Bellatrix mens ifta parat, glomerata tuemur.  
Quin fas Bellonæ comes it, frenisque sub iisdem  
Concordes coeunt animi, nec civica jura  
Laurò castrensi & Martis dirimuntur honore.  
Auspiciis ilthuc faulstis procede, quid ultra  
Provehor, aut fandò surgentes differo ventos?

Nec minus & Proceres atque intra moenia Patres  
Munera in hanc navim, plenosque aptare canistros,  
Binaque Lenæi laticis dant dolia ferre,  
Diversisque onerant dapibus sub vocibus illis:  
Accipe devoti monumentum pectoris ifthoc,  
Quicquid & est, urbis Revalatetur amorem,  
O veterum feclò regalis Achatis imago!  
Sic animos, sic ille decus gesfisse putatur,  
Cùm quondam æquali Tibi dux pubesceret ævò.

In littus civis niox ponitur ipse sub armis,  
Et caput & primæ quicquid pendebat ab urbe  
Militiae, consulque & plurimus ordo Senatus,  
Imbre ruente licet, comitantur & agmina jungunt.  
Ut ter castelli fremuit vis vertice circum,  
Pernæque & Nervæ perfecerat æmula honorem.

Agnovit jam tunc fatum præsaga mali mens,  
Nunc trahere atq; moras dominū ratis addere cernens,  
Inde aliud super atque aliud divertere cursum.  
Quin Wartenslebidæ terrent insomnia nocte  
Antè, aliquos omni sine mortis honore videntis  
E sociis, nec non versari in littore ventis.  
Obductum nemo cupit hic retinere dolorem,  
Sed moestii pariter curisque ingentibus ægri  
Conscendunt pontum navi, quam nuper in usus

Mer.



Mercator molitus erat. Fiducia coepit  
Sola stat auxiliis Superum, & promittere quivis  
Inde cupit, quantum supereft spes cuique salutis:  
Ait undà invitâ ventisque vetantibus, extrâ  
Ferre nequit sese ratis, & rellinquerè portum',  
Difficilis cladem per aperta pericula clarò  
Pondere divisissè suam. Sed ut æquora venti  
Ominibus turbare novis casusque futuros  
Prodere continent, tamen in præcordia semper  
Ancora fida Deos redit, effusamque quietem  
Per navim primam videoas admittere noctem.

Proxima jamque favens solitoque decentior imbræ  
Æthere lux nubesque fugat, solemque reducit,  
Cunctaque cernuntur coelo constare sereno.  
Credideris ventos tempestatesque fures  
Omnes effusisse prius, quam gratior iret  
Illa dies ponto, quâ navis panderet alas  
Depositò tantò insignis. Discusserat omne  
Tempesta dejecta malum, buxumque canoram  
Et cannas animat vox, Klinchaustrome, tuorum.  
Ipse nova coeli Princeps dulcedine lætus  
Antiquum solamen eburque modosque ferire,  
Oreque præter amat distingvere. Sed tamen illa  
Gaudia continuò nox inficit altera, mortem  
Omnibus intentans, coelique marisque furore  
Insolitò. Nam sœva fremit transversaque frigus  
Visque feri boreæ, nimbisque nigerrimus urget  
Africus, & contra trux undique & undique tendit

Mutata coeli facie. Tunc æquora solùm  
Est aperire labor, nec ventis cedere, donec  
Alta subire datum pelagi, atque evadere littus  
Oræ Livonæ. Mox post ubi quarta retexit  
Lux orbem radiis, & coelo moverat umbras  
Nunc aurora recens, montes volvuntur aquarum

Tran-



Transitorum in latus, & summo jam vertice pendet,  
Sidera ceu tactura, ratis, nunc unda direpta  
Ima vadumque aperit totum, perque æquora moles  
Navis tanta salit, baculis velut acta recusis  
It pila, & hic illic agitata volubilibus errat.

Tunc, aliquem Tipſyn non ultra viſus habere  
Est æstuſ ponti, tum prora avertit, & altum  
Antennæque forique gemunt, compagibus iectis.  
Quicquid condiderant navi & congeſta ſupellex  
Omnis, potus, aquæ, ſale contabentia tota  
Intereunt fatis obſtantibus. Anxia mentem  
Quamque, Ducis præter, pelagi faſtidia tentant,  
Atq[ue] ciuit ſtomaſum, tam concurſantibus undis.  
Hos inter fluſetus, ſummo commiſſaque coelo  
Æquora, jam fiunt propiores cauſibus oræ  
Holmensis, meliusque jubet confidere rebus  
Jam primùm Prætor ratis & ſperare ſalutem.

Illò namque die demum ſe attollere viſa  
Holmia & optatum procul hinc oſtendere portum,  
Vniuſ emenſis foliſque & noctis euntis  
Tempore tot ſpatiorum iter intervallaque tanta.  
Sed mox fatali ſpes corruit irrita lapsu,  
Cùm malum abruptis quæ tunc ſe effudit habenis  
Venti viſ inſtar gracilis dejectit ariftæ,  
Quin quid fulmen abit terrore per obvia, nec ſtat,  
Aut pro ſe niti procera vertice rupeſ  
Aut turris munita poſteſt: nec ab impete plures  
Non involvuntur rerum, magnoque feruntur  
In præceps actu, tantâ virtute per omne  
Inveniente vias faciles. It ſtridor & altè  
Conſternunt imum, decuſſò vertice, partes,  
Atque ruinarum fonitus crebreficit & horror:  
Haud aliter turbo mali jam pondera rumpit,  
Non uſus, non longa dies contriverat, ipla

Vltra crasta pedem nequeunt obsistere ventis.

Insequitur clamorque virtum, & labor omnis in illo,

Vt ferro solvant funes & vincula laxent,

Ne secum solvant navim, verrantque per undas.

Interea Princeps puppis penetralibus orat

Supplice voce Devm, non fracto pectore fatum

Expectans quodcumque polò, qui nostra que nosque

Format ad arbitrium: nec magnò turbine mentis,

Cum sonitu mali vultu compage, ruinam

Accipit, & nautæ præfentia prodita mortis.

Dejecto majore sinu, sine lege ruebat

Navis, & infestis agitanda relinquitur undis,

Nec licet ad portum primò contendere cursu

Abreptis intra scopulos. Tunc pectore nullum

Confusum, nec habere aliquem fortuna regressum

Aspera visa fuit. Vixque ancora jacta carinam

Fundat, & hinc reliquum velorum demere totus

Est labor, ut grandi ne torqueat impete návem

Ad scopulos turbo, dorsisque illidat aquarum:

Vtraque navijum ligat ancora, sed tamen harum

Quæque remittebat, facilis concedere, morsum

Saxosò haut cohibente vadò. Mox ipse carinæ

Præses, non hominum rebus, non arte magistra

Amplius evasisse dari, spemque esse salutis

Atque viam solam, tantum superare periculum,

Præsenti fæse jam nunc accingere morti,

Et fieri dignum recipi coelestibus oris,

Edocet. Attritis etenim quoque funibus antè,

Quam sint placati & miti stent aëre venti:

Esse necesse brevi simul omne fatiscere quicquid

Navis habet, fractum scopulis infamibus, ipsa

Proximitate magis moestis. Nec ab augure dicta

Hæc vanò: Neque enim nigram revoluta fugarat

Luce dies noctem, nec glauca crepuscula ponto

Exi

Exierant, cùm quassa suos tunc ancora utrinque  
Se decuslatim longeque tenacius inter  
Funes complicuit, salvā non simplice stante.  
Quippe procellarum pugnis & cladibus impar  
Ipfa gravescenti ruit oppugnata furore.

Jamq; dedit Princeps aliquam per membra quietem  
Langvida, consideratque natantia lumina somnus:  
Ast illum abrumpunt toties coelique marisque  
Excita vis rabiesque manens, collisaque rerum  
Moles, merx dejecta rate, & per transtra tumultus  
Plangentesque fori. Quin navis præses ab imo  
Evocat, ostendens præsentia cuncta pericla,  
Fatorumque minas suprà caput. Ille moveri  
Ignarus constante animo, & pietate tenaci,  
Quicquid velle Deum tulerit secretaque fata,  
Inquit, id omne ratum fuerit mihi. Menserat ista  
Omnibus, & tanquam fint ultima fata parata,  
Quisque parat sele morti finique minarum,

Supremumque vale ingeminat. Non oribus ille  
Centum tam dubius status, atque æquanda malorum  
Nullis conditio navis, non voce referri  
Æratâ posset, si quis comprehendere verbis  
Omne velit. Phoebe, quam nox obscura tenebat  
Turbine, per nubes multâque caligine coelum  
Fusa, fatebatur crebrâ sub luce petrarum  
Culmina & objectos scopulos. De gurgite montes  
Vndarum incumbunt navi, collisaque spumant  
Æquora, præcipitantque effusâ grandine nimbi.

Quin omnes urit vix exfluperabile frigus,  
Et quotquot validis intendunt brachia remis  
Diffugere loco jussò, & statione relictâ  
Inferiora petunt ratis, & se fluentibus arcent.  
Nocturnò stabat cinctus velamine Princeps,  
Iniectus nec erat tunc illi calceus, isdemque

Æru-



*A*frumnis ponti premit inclemens & urget,  
Non minus ac reliquos omnes , vis fortis iniquæ.  
Vt caderet spes cuncta alis, revocare jubebat  
Quemque animos, mortisque iter informare beatæ,  
Exemplò invitans magnō , viresque secundas  
Sufficiens stimulos acres sub pectore vertit.

Id dignum memorare manet; non quicquid ubique  
Circumstare mali dubio videt æquore , Turcum  
Dejecisse potest, ut quæ pietate professus  
CHRISTVM , & religione semel, jam nescius esset  
Flechi, sed seſe in sacros diffunderet hymnos,  
Inque Dei multas grates , sic fatus: O ingens  
Gratia coelorum, & me terque quaterque beatum ,  
Cui non deceptrice fide, nūgivis perire  
Contigit Ottomano. Quid inevitabile fatum  
Portet, Herus, patet, utq; omnijam summa propinquet  
Vrna forumque DEI, quæ sunt milesque Duceſque,  
Et tituli fordeſque pares, quæ ſervus heruſque  
Stant, & fortunâ non deteriore venire  
Ipſe queo , quam vos CHRISTO quicunque dediſtis  
Nomina, cùm noſtræ ſummo ſub iudice vitæ  
Excutienda venit ratio. Et quia ſæpe minister  
Offenſam incurrit domini, atque odiā aſpera conflat  
Mille modis, culpam cupias ignoscere falſo,  
Ne pallere rei cogamur & ambo luſſe.

Hoc Klinkauſtromidæ (ſervus namque illius ille  
Stabat) tam flexit ſenſus , animumque movebat  
A criter, ut dextram daret, atque ignoſcimus omne  
Diceret, & Muſlaffa vale charifime nobis.  
Mox ſcopulo & tristi dorſo quaſflata carina  
Difflit , atque imbreſ recipit rimisque fatigat.  
Et Wartenslebius feſſos instraverat artūs ,  
In puppi atque imd , primorum ſede, grabatō  
Ultima cuncta manens; ſed enim quia veneratię

A ter-



A tergo navi, tantâ vi percutit illum  
Trabs suffulta toro, mox ut profunderet omnem,  
Isque foret pelago vix excutieandus & æstu,  
Fissurâ præbente viam maris omnibus iris.  
Afferuit sc̄e Princeps jam lintre receptus  
Subnexò navi, sed ventis aspera vinclum  
Vellicat unda nimis, totâ & compage minatur  
Solvore, & ejectare foras. Tum prora minorque  
Perfugium malus dabat; at male fida geluque  
Hæc expoſta etiam statio, atque incommoda tota.  
Hinc atque hinc agitant fluctus, & cautibus ultrò  
Citroque illidunt navim, nec, Numine soló  
Avertente malum, ex illis exponitur ulli  
Tunc, cujuscunque est exilio area visa,  
Quām laceræ portum & certum præberet asylum,

Atlaxos, fisis tabulis, ductarat hiatus  
In fundo summo ratis, ut jam fluctus abiret  
Per pinum, & pronō decurreret alveus amne,  
Nec tutis undâ fore crebrefcente liceret.  
Fortè inter scopulos rupes, cui proxima surgit  
Altior, huic tandem est im̄pacta tenacius hærens  
Navis, scissa latus medium, licet usque minore  
Vela super malo volitantia, turbine rerum  
Tantò non excisa viris, propellere cursum  
Intendant, tumefacta sinum. Dum pendet iniquò  
Dorsò, inficta vadis, & solvitur undique navis,  
Spes omnis cessat, superum nisi munere, vitæ.

Proiectum in majus fatum est miserabile, postquam  
Tunc visa ante oculos manifestaque lumine facta  
Phoebes & rupes & tristis abyssus aquarum  
Nocte etiam, & fractæ tabulæ, & disjecta supellex.  
Ut cursus, sic est evasio plena pericli.  
Opposite injicitur rupi trabs, altera navis,  
Altera pars scopuli extreum tenet. Æquore nondum

T

Pla-



Placato fuerunt, quos abstulit ardor asyli  
Prenfandi, pelagusque simul, cum vertice starent,  
Post illos alii callem affectare minacem  
Audent, & dubio feso committere ligno,  
Ac summâ scopuli ponunt vespigia arenâ,  
Solliciti firmò morlu suspendere pontem.

In trabe passâ moram non est hac illita longam  
Materies, quin, si dilcrimine tenderet hic quis  
Non æquo, subter dilapsum extingveret æquor.  
Sic erat in primis, qui præceps decidit, undis  
Præda feris, nî jam fidus muniverit illum  
Funis & è medio traheret vix gurgite salvum.  
At Princeps celsus votis fatisque secundis  
Trajicit ante alios omnes, in culmine rupis,  
Millenis aliquot spatiose passibus, unum  
Et rerum primum curans, ne munere coeli  
Reddita vita sibi non ore feratur & ipsâ  
Caute Deo meritæ fiant libamina laudum.

Dehinc ut ne nimium frigus magis intret in ossa,  
Et sale trabentes artus (nam fluctibus hora  
Quarta fatigarat madidum & maris impetum totû)  
Cuique gelu labor est studiumque avertere tanto  
Nomine. Pars dominum fidis complexibus ambit,  
Disolvitque sinu frigus, pars crura fovere  
Atque manus rigidas, pars raptam fomite flammarum  
Colligere & circum dare nutrimenta, per undam  
Excussas tabulas, quasflataque membra carinæ.

Volvitur acris ador, vacuas it fumus ad auras,  
Gens ignota prius, Sandhami ruris arator,  
Colligit in specula, surgentibus ignibus atris,  
Et fractis tabulis, fusisque ad littora rebus,  
Esse malum, qui sint jam cunque, per æqua parslos.  
Hos procul advertisse juvat, fatoque finente  
Tam facili, approporans primum confunditur alnus

Vna



Vna Duci, & reliqua assultus consortibus omnis  
Æquorei tetræque vicis. Quæs obtigit oras  
Tangere Sandhamas cunctis , dignumque dolere  
Illic turba venit miserefcere paupera casum.

At mare compositis iris , ubi siderat omne,  
Amisſas reddit veftes, alimenta caniftris  
Incorrupta suis, enſem regalia dona,  
Et Svedam juxta chlamydem, & mirabile dictu,  
Attritum pietate librum devoteque fensa.

Quis tibi tunc animus, Nereu, quò perdere calu  
Nos freta tunc voluere tua? & quæ culpa reatus  
Tanti particeps habuit, privare parares  
Cùm Thuringorum ſpe? Proh ſic gaudia noſtra  
Turbaſſes propere nimis, & quodcunque dediſſes  
Damnorū, in charites omnes Marterisque redibat,  
Et tibi, non vèrò metuendum à carmine vatum  
Tuloni foret. Has ipſas, queis incidunt, aras  
(Namque ita faxa vocant mediis in fluētibus ora  
Ausonia) Oebaliā decora de rupe columnā,  
Quò pia posteritas deinceps Herois honori  
Inſculptum legat hic, noltro quoque Saxona ſeclō  
Casibus æqualem cunctis : ut ſtantia circum  
Æquora ſtridoresque, pares virtute movere  
Intrepidum nondum fuerint, fruſtraque ruinæ  
Tentarint pelagi tempeſtatesque, vel ipſa  
Excordes irā, tunc dejectare ſalutē:  
Utque ipſi tibi tunc ſtupor, inconcuſſa videre  
Motibus ora illis , atque imperterrita corda:  
Quàm famā tanti fati vivacior altæ  
Gratia Reginæ fuerit, quid fecerit ipſa,  
Quæque suis dederit facienda? quis obvius irit,  
Et tulerit reſponſa Duci? quæ ferre carina  
Jufſa, quibusve modis acceptus ab aula?  
Ipſe ego quid primum dicam? quòd proximus ædi

Rega-



Regali, te<sup>cto</sup> parili succelerit ingens  
Hospes? quòd studiis, assensibus oreque tota  
Faverit aula unō, regnumque & natio<sup>m</sup> cuncta?  
Omnia si vellem complecti, maxima fere  
Offerret series. Illud memorabile valde:  
Discessurus erat Princeps, suprema locutus  
Reginæ & trabeis cunctis, sed ventus amicus  
Non erat, ire vetans. Genetrix ut cōperit ifthæc  
Magna Deūm, cui jam fixi tunc pectore vultus  
Hærebant & verba Ducis, multusque recurlat  
Gentis honos, absens absentem auditque videtque,  
Cernereque optat adhuc corām semel. Ergo jubebat  
Accersi, peragente illi tunc regia iussa  
Inter equestre decus propiore, & munera ferri  
Imperat ad naves deinceps, stipatque carinis  
Quicquid iter per aquas atque annonaria puppis  
Et medias inter poscunt triclinia Nymphas.

Nec regina modum ponit finemque favori  
Provida, digressoque novum mox addit Achatem,  
Qui portet tantum nomen, quā nobilis omnes  
Ante alias Sveōnum statio, Carolique corona  
Surgit, & hospitiō hoc lustratō perpetē classis,  
Sparriaden, cum quo tunc Nereus subditus oræ  
Regalis ponti parti munia dictus,  
Mandat adesle viæ socium, dum littora salvum  
Stralfundæ accipiant, & quæ Gellanica servant.  
Cunque freta intuitus fuerit, possitque referre,  
Totam Barthiacis visam sibi Colchida terris,  
Nec simplex tantum vellus, nec Iasona fictum.

Post ifthæc adita est tumidō qua didita ab Albi  
Vrbs Hammoniadum celebris, celfæque Sororis  
Meklenburgiacō sociata foedere sedes,  
Gustroviaeque arces visæ, viduique penates  
Augustæ Ducis. Hincque Spreæ non cognitus hærens

Wärt-



Wartlebidæ laribus, veluti Mayorte sub ipso  
Hospite, Silesiae Iolem Budorgida fôspes  
Cernit. Quâ fratrum studium & prolixa voluntas  
Emicuit, simul illius, quem Teutonis ordo  
Respectat caput, & tunc Wratislavia Cleri  
Rectorem, Carolique simul quoque Principis, unâ  
Divi amplexorum dotes diumque vigorem.

Vltima Reglavie consortia Principis inter  
Regalis Jacobi videt, & mox regia signa  
Applaudunt reduci, cùm miles fronte reversum  
Porrectâ prospexit ovans, fremitique secundâ  
Prima favet sedes Martis Jacobitia, & illâc  
Auditur bona quisque loqui. Deprimeris annos  
Et nomen conferre ducis, concireque visi  
Hac sece virtute animi magnumque minante  
Indole, & hoc aliquid conspectu dicere castra.  
Plausibus accedit Rex & cum Rege patere  
Pristina jam rursus videoas communia' tecta.

Hic dein consertum non est, quin promptus ab omni  
Parte foret, quâ tunc usisque hostiisque vocaret,  
Expediens laxâ turmas nunc prvidus alâ,  
Seque globò rursus cohibens: nunc cire latebris  
Condita signa parans: nunc hosti opponere aperto  
Se: nunc ipse ruisse manu, nunc ferre labanti  
Auxiliunt. Quoties per opaca silentia lunæ  
Hos tentare aditus, illum speculator in armis  
Observare situm visus? cumque aridus ursit  
Axe Leo, & siccæ premerent tentoria stellæ,  
Pulvere & his acuissè ipsis sudoribus iras?

Ille ubi Sarmaticas subigebant agmina turmas,  
Fortisque est Sveonum superatus Beulfius armis,  
Successus pars magna fuit. Thorunia sedes  
Ante dedit quam se sub leges sceptraque Regis,  
Atque illum, victis muris, admisit, abessè

Obsidium tuitum est paſtu non amplius unō  
Morte illum, cùm ſeſe inter Regemque volaret  
Ignibus acta ſuis glans, & poſt terga feriret  
Liveni, magni ductoris, foemora', dirum  
Feralemq̄e horam ſanctō ſibi nomine utroque  
Declinante Deo. Caſtris iſtis quoque motis  
Rure, novum ornat iter rurſumque ad Teutonas exit,  
Gedanas repetens nec non Budorgidos oras,  
Bernſtadiumque legit, cognataque nomina Rutæ,  
Servestamque aulam, quā tunc präſentia FRATRIS  
Emicuit, veluti tempusque locusque ferebat  
Confiliō ſtudioque armare negotia viſus  
Et rerum magnas expendere. Dein Sprea pūlcer  
Et quinas inter ſurgens Berolina Sorores  
Aulaque Regis habet magni ſpatioſa, ſed ævo  
Iudice, FRIDRICI nunquam virtutibus ampla  
Tota ſatis, nec ſi velit hiſ palatia Cumæ  
Seclum, five tuas generoſa Semiramis arces  
Siftere, ſeu Latio Capitolia condita ſumtu.

Hicquō Parmenione videt, quō Neftore glificant  
Res, atque in mediis vigeant civilia caſtris.  
Hic Martis ſedes roburque animoſque ſecundos  
Inſpirat magis iſpā Duci, totque inclita coram  
Faſtaque fortunæque & grandia nomina paſcunt.  
Quin favor hīc regis, meritisque atque indole captus  
Fronteque diuinâ, tantos ſibi ſumpferat auētus,  
Proṛſus ut in Gentem nomenque affumere vellet,  
Cetera magna ferens, n̄ jam res Svecica tantas  
Acceptare illi ſtatio partesque vetaſſent.

Poſt hæc, à reditu non longō tempore, rerum  
Atque operum Caroli Regis comes, adſuit ipſe  
Vnā Gedani obſidio: totōque coaſtō  
Mox meliora loqui, præter ſublimia collis  
Sandomiri, Vitulæ propiora, Sanæque Jaroslam

Arma



Arma sequens hæc strenuus ipsa Leopolin intrat  
Cum victore suò, vitæ discrimine spretò,  
Vique sibi faciente viam, & calcaribus ejus  
Milite. Nec Regis tam fortis castra reliquit  
Deinde etiam, sed ibi tot jam numerator honorum,  
Quot Sveonum fuerant isthæc sub tempora laurus,  
Pectore vique animi multos fulgentior anteit.  
Tumque isthoc sibi fama putat memorabile, præter  
Cetera, plenum aleæ factum multique pericli :  
Ipsum rectorem captivaque nomina prima  
Vrbis in aspectum vietria castraferebant,  
Et nondum poterat sese tunc vincere bilis  
Magnæ animæ, cum venit equò sermoneque Stator  
Is pacis medius, vitam servare duorum  
Impavidus, nec non, fervente utrinque furore,  
Successu multò pressoque in tempore motu.

Post isthæc Sveones turmis hostilibus instant,  
Et facti proprius coëunt, arctantque phalangas.  
Ut videt adversas acies crevisse Polonus,  
Ceserunt ruitura cohors, animisque remissis  
Convertere fugam. Proh fuhera quanta vel illuc  
Vidistis pavidae Nymphæ, dum littora prendunt  
Ulteriora Oderæ, queruntque evadere letum  
In redituque cadunt Russi, lateque patescit  
Scena necis, gliscitque illis successibus ardor,  
Atque his atque illis it castris ipse timendus.

Hoc oculis tuito jam dudum à Rege manebant  
Læta Duce, neque non poterat tunc laurea crebra  
Ipsa paludos merito promittere fasces;  
Sed diversa tamen sibi jam divina volebant  
Numina: Nam veluti certâ vertigine semper  
Legeque & immensis semper rotat orbibus altra  
Vis occulta Deum, totisque illabitur oris:  
Sic cunctis reliquis miscet se provida rebus

Mens,



Mens, nostrisque animis intervenit, atque per omne  
Consilium it nostrum, nostræque negotia vitæ.  
Ille fuos animos dextramque addixerat Arcto,  
Auspicio egregii Regis seftatus & arma  
Securus primum patriæ est; sed numine sancto  
Asfveltoque vias teatas infistere fatu  
His abitum, quæ tunc sibi destinat, atque per orbem  
Germanum fundi laudes tantæque vigorem  
Virtutis voluit Deus, & se fidere tali  
Solarì Italiam ac presfis emergere rebus.

Ergo dein magni Caroli Sveonumque labores  
Linquens, Teutonicos campos foecunda novorum  
Regna petit decorum. Quaque illi nomina prouum  
Grandia Romanum numen, titulosque propinquos  
Culminibus donat summis, gradibusque Britannæ  
Majesfatis apex Batavumque potentia adauget,  
Misfis Gothanis hoc sub ductore catervis  
Hesperiæ in magnæ fines Tarpeiaque arva,  
Borbonias tot pafla manu & lilia fæva.

Ifthæc ingresso bene se primordia tanta  
Ad ripas Athesis dederunt: spectataque multum  
Virtus, & Gallis iterum fatale Camillus  
Nomen terrere est illò sub pectore vifus.

Pendebant scenæ, nec tunc velut ante solebat,  
Læta frequentabat toties spectacula civi  
Tot Venerum foecunda domus, decorisque penates  
Omnigeni, trabeis totoque illuſtribus orbe  
Mentibus hospitium, valde speciosa Turinum.  
Non os Medeæ moestum, veterumque quadrigæ  
Hyppoliti temone juvant, aut redditæ Troas  
Enitet, aut Italo clamat sermone Thyestes,  
Admovit poſtquam tam pulcris agmina muris  
Hostis, & ante illos signis confidit apertis  
Caſtorum: Sed enim quarum miracla stupebit

Poste.



Posteritas, sociæ turmæ, & discrimine nullò  
Facta minor virtus, vilisque ignara timoris  
Tunc etiam invenere viam, & tam milite fortis  
Gallos, & svetum nomen vastare, fugabant  
Castris præcipites omnes. In partibus ipse  
Hospitii antiqui memor, & sublimis honoris  
Exhibiti, neque non imprimis muneris alti  
Personæ suæ , metuens simul arcibus ipsis  
Ordine, quamque novam fere Princeps condidit, vrbi,  
Subvenit & multo cupit hic meruisse periclo.  
Vindiceque excusa est illò non hostibus una  
Area, cesseruntque faces mage & hostica signa,  
Quantaque tunc molitus erat Gradiyus in oras.

Seorsim fidereas voces hæc una mereret  
Aetio, materiemque amplam vis enthea ferret  
Vatum tota sibi ; sed enim jam sufficit, orbis  
Lumina commendasse illam: cui fidera vitam,  
Mars gladium , Bellona manus , Prudentia mentem  
Commodat, & fortuna ipsis famulatur in ausis,  
Eugeniden tali sinceras nomine grates  
Atque suâ pariter grandem quoque Cæsara dextrâ  
Reddere, & hæc circum suspendere tempora laurus,  
Et totum murale decus. Quin magna Batavum  
Nomina gestum ingens fastis inferre , Ducemque  
Tantum gratatos FRATRI, quòd laude superstes  
Floreat is , pressamque diu felicibus urbem  
Auspiciis intret: quòd partum testibus ardor  
Exaugere novis decus, & præsente vigore  
Atque animò visus sociæ reparare salutem.

Ille Aquilas tunc cùm Ticinum ac Austrica signa  
Admisit, fertur tantos finisse labores  
Tauniadæ. Posthæc studiis majoribus ivit  
In Tortonenses arces, queis valla fudesque  
Dat natura situ, teque, Alexandria, poscit

Dein, Satelliōrum labor, urbs & castra Tenaræ  
Lambita. Non unum muris prætenditur illis  
Vndique Martis opus, creberque hic fulminat ictus.  
Ipse operis instat, ruit, officit, urget ubique,  
Quodque injungit opus jam rectò linea cursu  
Absolvit, jam vi follers industria flexâ.  
Atque manent isthæc laushæc & gloria soli:  
Acquisisse illum turres & mœnia solum  
Ista Aquilis, jussis gladios discingere Gallis,  
Hispanisque simul, captas se dedere, turmis.  
Extulit & virtus sese & præconia magna  
Parta illi fuerant, cùm quas Padus aspicit inter  
Maxima, & ante, suo rueret quâm culmine telis  
Vnitis, forti Casale munimine & altâ  
Arce potens, domita est, quærrens abolere pudorem  
Incaſsum murisq; novis atque aggere Gallô.  
Tu bona tu cunctas vidiſti Inſubria curas  
Saxonis, arma armis, signis & signa, virisque  
Objec̄tare viros, & fines undique septos  
Tutari, ac vigiles toties traducere noctes.  
Nec̄tebat tunc fortè moras, se pandere clarum  
Castellum, atque dies ibant sine motibus ipſis  
In muros & valla arcis, procul agmine tantum  
Cinctæ præclusæque aditûs, hybernia Marti  
Iſtò Puteolis Samiūm præbentib⁹ annò.  
Quare Germanas oras, celſosque penates  
Rursum ſolpes adit, quò turmas tempore duxit  
Regnator Sveonum in terras fulgentis ab Enſe  
Saxonie, reducisque arſit felicia fata  
Et decus & partum propius cognoscere nomen.  
Tunc animum antiquum eſt regis veneratus, & in ſe  
Hæc documenta nova, & nullā Ranſadia viſit  
Caſtra morā, trabeæ regali exceptus amore  
Inſigni, & cunctis Mavortis honoribus illic.

Rex



Rex totas sermone horas præsente trahebat  
Hospite , multa rogans illum super impete facto  
In Taurinorum muros, atque hoste repulsò.  
Isti qui ducti terræ per viscera gyri,  
Qualis castrorum facies, quâ ferverter orâ,  
Quove aditu cupidus Mavors mage, quæque nocendi  
Formæ , quique urbi populi succurrere fessæ  
Grandes transferint animis ingentibus Alpes?  
Immò cupit totum referat, quæ proximus ipse  
Viderit, & quorum nuper pars magna fuisset.  
Tota seges sermonis erant, & tota loquendi  
Materies: virtus, pugnæque hostisque Ducesque  
Inque vices exhausta pericula. Plusque movetur,  
Plusque illâ gestit magnus Rex indole , grandi  
Pristina retractare locô commercia Divo.

Interea Varus Ligurûm , discrimina terras  
Gallorum spargens inter Latiosque colonos,  
Intrepidae coram vidit molimina dextræ,  
Cùm Laurentinô flamma & vi littore pronum  
Fecit iter ratibus tantis Dux folus in aulis.  
Mox etiam emicuit fervor sub mœnibus ipsis,  
Nec quoties habitæ partes ordoque vocarent,  
Officium renuit. Sed enim cùm milite teatô  
Oppugnator agit, latebrasque explorat & omnes  
Inspicit ille operas , hostes en! quâ data cincti  
Porta ruunt, magnoque petunt simul impetu turmas  
Atque Ducem. Mox orta illâ certamina arenâ,  
Et fulgent paribusque crepant concursibus enses,  
Immò ultro citroque tonant irata metalla,  
Longaque scena patet variæ necis. Erigit ipse  
Turmas, & dictis animisque audacibus implet,  
Nunc illas vertens adversi Martis in agmen,  
Nunc revocans, nunc parte juvans, quâ quæq; fatiscit.  
Verùm dum plures deinceps post terga phalanges

Scin.



Scinduntur, tenuesque sibi superesse videbat  
Ille manus, animi veniunt exilibus hosti  
Reliquis. At enim, quantum fiducia possit  
Et modicis virtus copiis, memor, agmine fractus  
Nil parvum, magis & magis effervescit, & hosti  
Cedere turpe putat, paucum vel milite, certus  
Palmarum, non glans eheu! per tempora trusa  
Herois vitam simul, & cum sangvine fortem  
Relictorum animum, & totam disfolveret alam.

Atque haec illa dies, calamo quae sistere nostro  
Imperat, & quae se magnae doluere soores  
Inter, & ad fererum pugnax GERMANIA Divi  
Hæc fertur primum Salanae voce locuta:

Illa ego Saxonum cunis, tantisque superba  
Gentis præcipuae meritis, atque omnis ubique  
Laudis pene satur, dum fas reor esse perire,  
Quæs sua vita perit, trahiturque ingloria terris,  
Nec patriæ sapuisse placet: dispendia regni  
Nostri unæ reparans manus, & pars magna labascit  
Fortunæ tenus hac nostræ: fatique triumpho  
Succumbit Viator toties, solidique vigoris  
Integer, annorumque suo subducitur ævum.  
Depositò hoc privans, lux intempesta Saluti,  
In nostris minii fastis lætique coloris  
Expres sis, nostræque fluas pars tota doloris:  
Te cum deinde velit nobis fors atra redire,  
Infestam mergant tenebrae, velutique minatæ  
Naturæ primum chaos indigetque rerum  
Semina, nocte suâ moestaque caligine condant.  
Tu gremio nostrò turbas tot numina nostra,  
Bellis dum mediis gnarum decernere, quicquid  
Bella volunt, tollis, Martique illudis & orbi.  
Tu dextram avellis castris, oculumque secuto  
Arma Ducis, clarumque inter divortia peccus

At-



Atque ultrà peragenda facis , ne præfica non stet,  
Quò steterat meus ille gradu & feralia cantet.  
Plus doleo caput hoc , quām flent capitolia, Drusum  
Cūm raperem Latio , quām te, pater inclite Caij,  
Agrippina redux Tiberinò littore luxit.  
Redde animos fortis , lux dira, hæc nomina redde!

Foederis ingentis pars interfata dolori  
ANGLIA , seu coeptum est, inquit, commune periculum  
Europæ frangj, quò Cæfari tutior esfet  
Finitimisque salus , Gallis afflicta tot annos :  
Seu Ferdinandæ succesfio debita Genti  
Nos in bella vocat , gliscit Bellona per ipsum  
Hunc etiam , & vīsa eft illustri in sanguine virtus.  
Regis amor nostri , & laudatus regibus Ipsi,  
Horum dein quoque amor, meritus tot nomina primis  
Annis , plus meriturus erat , si fata dediffent  
Exsartare omnem Martem , & quæcunque minatus.  
Proles vera Detum, misfæ ò mihi Gloria gentis,  
Bufta domus virtutis erunt tua, & indolis altæ  
Exuviae: Charitumque lares & pectoris ædes  
Intrepidi , & fortis dicentur nominis arrha!

Dixit , & os aperit quoque tunc BATAVIA juxtâ  
Atque infit: Quis salvus abiverat usque periclis,  
Cui tumidi fluvii, cœcique nocere tumultus  
Nescivere maris , cui tot parsere viarum  
Difficiles, quem nec pugnæ nec mille phalanges  
Hauseruut, dux, tot natusque datusque gerendis  
Rebus, succumbit sub moenibus unius urbis.  
An Deus hos fveta cessat propioreque cura  
Dignari , quos & vis & sublimior aura  
Afflat femideoꝝ? num definit illa tueri  
Pectora , quæ rerum servarat in ardua semper ?  
Aut obitus hos astra ferunt, & ferreus ordo  
Fatorum? vel culpa reos facit abdita? vel jam

V

Hæc



Hæc venturorum sunt omnia? Nolo referre  
Jam titulos & gesta recens, quæs grandis ubique  
Imperiis fuerit, quantasque impleverit orbi  
Partes? quid Cæsar, quidque Anglia, quidque Batavi  
Illo viderimus magni, quas vicerit urbes,  
Quæs finem obsidiis colophonaque fecerit ille,  
Aut quantum fuerit potis adjutare futura?  
Sunt isthæc manifesta ævo. Jam grata sub urnâ  
Prosequor, & summas meritorum mœsta revolo,  
Cæteraque aëtorum memores volo dicere musas.  
Dum Padus haut unò cornu prorumpit in undas  
Adriacas Athesisque unâ, perque ostia Scaldis  
Mosaque Hyperboreò currunt pars aequore: dum se  
Ostendent sociis & nostris Martia terris  
Arma virûm, nomenque vigens & fama manebit  
SAXONIDVM, & pretium virtuti ponitur Yæ:  
In Batavis nomenque illud laudesque vigebunt.

Sic luxere Deæ, tractusque est funere acerbo  
In voces similes Gothus, & qui per sua castra  
Hos animos cum Rege suò prospexerat ire  
In casus omnes atque illius omnia belli,  
Quod nuper Viadro. Et mallet jam Revala rursus  
Intonuisse olim-lætum, quâm clangere lessus,  
Vt fama est ingressa lares. Tique Holmia magna  
Ac vobis centum, quæs coram innotuit, Aulæ,  
Et foris imperiique finu, plus vivere visus  
Est dolor in reliquis ex illo tempore cunctis,  
Cùm vigor & quantum jam tunc duotoris in illo  
Et Mavortis erat, subit & comitata juventa  
Majestate fuâ, & Regum de Principe sensus.

Nos questus illos, quos primùm fudimus orsi,  
Non iteramus adhuc, ingens in nomen amoris  
Hoc equidem testes, & quantum accesferit ipsis  
Manibus his damnum Salai quoq; Sed tamen, hoc eam

Sic



Sic caput haut redimas, quod Mars velit ipse redemptum  
Non unis turmis, vix proficiens verba.  
Non moritur, quem dextra probat, cui nobile nomen  
Et longæva dedit vivacem gloria famam.  
Id Divo magnisque datum. Videre Metellos  
Posteritas inter Poenos & littore Creßd,  
Atque inter Lybiæ Numidas, æterna merere  
Nomina, & hæc etiam Drusos per secula ferri.  
In facieque velut nostrâ per littora Ponti  
Pompeio cedunt urbes viæque fatiscunt.  
Vivit adhuc Grajus Nicias, Macetumque sarissis  
Trux Perdicca, suâque potens virtute Saleucus.  
Nec mortalis obit PRINCEPS. Et ut ille sepultus,  
Exserit ecce caput tamen, exemplumque catervis,  
In mediis etiam castris exæctor honesti,  
Ambulat, & quantum Ducibus bellacibus esse  
Et prœpiore Deo accendi & se pendere seculo,  
Conferat ad laudem summæque insignia famæ.  
Jam cineres capit urna quidem, sed clauditur illis  
Haut quaquam spatiis, quin in quacunque plagarum  
Conditur, & queiscunque suis in pectore vivit.  
Quaque vigor mentis, decus & memorabile nomen  
Inveniunt precium, tollent hos posthumas manes  
Tempora, & ex oculis Heroi culminis astrum  
Nunquam dimittent, cœli quâ parte relucet,  
Atque humiles terras diâ virtute reliquit.

Qui verò majora geris Tibi pectora fati  
Vi, cuiusque subest Superis, ceu civis ubique  
Velle Tibi, Divo Dux exæquande PARENTI,  
Æmule grandis AVI, belli, FRIDRICE, sub una  
Fortunâ tollens decus & momenta togata,  
Ne quicquam rebus decadat inermibus, aut se  
Desertum Mavors tam dextrò numine cernat:  
Desine moesta queri, atque oris jam Fratre recepto

Athe-



Æthereis solare vicem, & civilia jura  
Et castrense bonum procura gentibus unus.  
Specientur porrò florenti prospera in Aula  
Ire redire Tibi, bellique negotia juxtā  
Et sua perpetuō successibus urgeat isdem  
Curia, Nestoridum latè foecunda bonorum  
Consiliō, & Cyneūm, quorum committis amoris  
Te fascesque Tuos, faustisque attollere fese  
Auspiciis fas omne vides. Sub fidere crescat  
Musā tua, & Clariæ diffundant latiū artes  
Se tutelari cuncto sub numine, & illis  
Materiem præbente tuā virtute, perenna.  
Omnes funestos avertant fidera casūs,  
Sique premunt alios, Numen Te subtrahat illis.  
Secula vive tuis, trabeis fortuna Tuorum  
Esto nulla gravis, Lachesis connubia turbent  
Nullæ , terrarumque Deos palatia fundant.

Quin cuius jam tanta recens & Cæsari & orbi  
Officia, atque operā atque ope multā præstata, lucent,  
SAXONIDVM flet tota Domus per secula fôspes.  
Atque orbis populis quicunque illuſtrior annus  
Exeat hinc, nulloque minor discriminē callem  
Inveniat decori. Nunquam mutante favorem  
Æthere, Gvilelm Ernesti, Janique Wilelmi  
Ernestique unā lvdoci nostra secundent  
Tempora, Nominibusque illis atque inde dignum  
Semper secla ferant venientia, rostraque tantis  
Dis repleant: nostrisque duint effulgere mundo  
Porticibus, quicquid Gens ardua parturit illa,  
Vt sint pace, sagd, quis illuſtrantia fese  
IMPERIVM merita ingenti cum luce refundat.  
Immō oriare illinc aliquis, quō vindice Divi  
Vmbrā inter fortes animas non erret inulta!







Pon Wd 588, 2<sup>o</sup>



3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-644168-p0096-6

DFG

